Joan Berkeley

THE OXFORDSHIRE RECORD SOCIETY



PRINTED FOR THE SOCIETY

3

1947.

Oxfordshire Record Society

THE THAME CARTULARY

VOLUME I

for the year 1943

EDITED BY

THE REV. H. E. SALTER, M.A.
HON. D.LITT., F.B.A.

OXFORD:
ISSUED FOR THE SOCIETY.
1947

PREFACE.

The Cartulary of Thame, which is preserved in the library of the Marquess of Bath and is here edited by his kind permission, is a small volume in good condition and well written. It must have been compiled about the year 1203; for No. 188 which is of the year 1202 is in the first hand; but in the second hand we have No. 96 of the year 1204, No. 160 dated 1208, and No. 110 dated 1212. In the third hand there is No. 223 of the year 1212 and others down to 1226 (No. 195). After the middle of the thirteenth century little was added, and we find in the Taxatio of Pope Nicholas (1291) properties of the abbey of which the Cartulary has no mention. In the next century its silence is worse. In 1317 the abbey was granted the rich church of Chalgrove, and was allowed to appropriate it in 1319; of this important acquisition there is nothing in the Cartulary, nor of the disputes that arose with the Vicar of Chalgrove,[1] nor of the appropriation of the church of Stoke Talmage, nor of the acquisition of land in Towersey. In short the Cartulary was badly kept after 1250, and even in the early charters there is one striking omission. In, or soon after, 1138 the abbey was moved from Otteley to Thame Park where Alexander, bishop of Lincoln, gave them three carucates of land for a new site, whereby he acquired the position of Founder of the monastery. There must have been a charter, probably several, by which this gift was made, but they are not in the Cartulary. From No. 199 we learn the names of some of the fields, but if the original charter had been preserved it would have told us much more.

For the history of the abbey the reader may consult the *Victoria County History Oxfordshire* II, 83–5. The account of the visitation of the abbey in 1525, which is mentioned there, is printed at length in *English Historical Review*, Vol. III, pp. 704–22.

[1] See V.C.H. II, 84.

CARTULARY OF THAME.

Incipit prologus in cartas sancte Marie de Tama. *fol.* 1*r.*

Inter dona precipua nature humano generi collata unum est quod supereminet & superexcellit, literarum uidelicet usus & fructus. Hic namque est qui nobis breui quidem ac facili suo ministerio archana dei reuelat & secreta celestia. Hic est qui nos fidem docet, spem erigit, infundit caritatem. Hic est qui quamlibet absentia nobis facit presentia, loci et temporis diducta distantia. Hic est qui nobis ueterum nobilium dicta uel facta laude & memoratu digna uel ad imitandum uel ad cauendum ac si sub oculis nostris nunc fiant representat, & omnium fere rerum quandam presentialem perpetuitatem exhibet. Hic est qui nec emori uetera nec noua senescere, dum sint modo scitu digna, permittit. Hic est qui ad posteros nostros quis, quid, ubi, quando, quantum, cui, quomodo, quale dixerit uel fecerit transmittet. Hinc est quod opere precium duxi litteris committere fidelibus qui fuerint abbatie de Thama fundatores, quibus eam terris dotauerint, quibus eam cartis & priuilegiis munierint. Igitur cum cepissent abbatie Cisterciensis ordinis per Angliam diffundi & iam domus de Wauerleia duas genuisset filias, Gorodoniam & Fordam,[1] ad peticionem Roberti Gait militis concepit & genuit terciam, que nunc dicitur Thama. Hic est Robertus Gait qui in uilla de Ottendune quartam partem habuit, qui ad abbatem Gilebertum ueniens conuentum ad abbatiam in memorata uilla constituendam petiit & accepit. Construxit ergo ibi abbatiam & dotauit eam portione sua, modica quidem, uidelicet quinque uirgatis terre, que & ipse quartam partem unius militis faciebant, uocauitque eam ex nomine adiacentis nemoris Otteleiam.

[1] The Annals of Waverley record that Ford Abbey was founded May 3, 1136, and Thame Abbey July 22, 1138 (*Ann. Mon.* II, 227). This entry may mean that the abbey of Otteley, afterwards transferred to Thame, was founded in 1138, or that 1138 was the date when the bishop refounded the abbey at Thame. In any case Robert Gait's foundation can hardly be before 1137.

fol. 1*r.* (*cont.*)

[ODDINGTON.]

1.

1137. [Robert Gait gives his land in Oddington to found an abbey.]

Notum sit omnibus sancte ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Robertus Gait dedi omnem terram de Ottendune & omnia eidem terre pertinentia, in bosco & plano, prato & pasturis & aquis, liberam & quietam ab omni seruicio seculari & consuetudine terrena, deo & sancte Marie ad abbatiam construendam de ordine Cisterciensi, in presentia Alexandri Lincolniensis episcopi. His testibus, Adelelmo thesaurario reg*is*, Willelmo archidiacono Norhamtune, Henrico archidiacono Huntendune, magistro Osberno de Hache, Roberto de Oilli constabulario regis, Waukelin Wadardo, Rogero de Aumari, Radulpho de Salchei.

2.

[Edith Forne gives 35 acres in Weston-on-the-Green.]

Prima itaque die qua conuentus uenit Otteleiam Edith filia Forn, uxor uidelicet Roberti de Oilli, quia in proximo commanebat, impetrauit a marito suo xxxv acras terre proximas sancte[1] abbatie & contulit cum magna deuotione *nouo* illi conventui.

1137. Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Edith Roberto de Oli coniugali copula iuncta consilio & voluntate eiusdem Roberti mariti mei de duario meo de Weston dedi in perpetuam elemosinam deo & sancte Marie & fratribus in Otteleia secundum institutionem Cistercii uiuentibus dominium illud quod extremitati nemoris illorum absque alterius terre intermixtione continuatur, pro salute mariti mei & mea & filiorum & filiarum & parentum nostrorum, necnon & pro anima Henrici regis Anglorum. Quod ut
fol. 1*v.* ratum | sit nec aliqua temporum uicissitudine aut rerum permutatione aut posterorum successione soluatur mariti

[1] This word is not quite clear.

mei & filiorum meorum Henrici & Gilberti & filiarum mearum concessione & sigilli mei impressione confirmo. Testibus, Fromundo sacerdote, Fulcone de Oilli, Nehel,[1] Ranulfo filio Iosce, Fulcone Luuell, Henrico filio Roberti filii Aumari, Roberto Capellano. *fol.* 1*v.* (*cont.*)

3.

[Robert de Oilli confirms the gift of his wife.] **1137.**

Notum sit cunctis fidelibus sancte ecclesie quod ego Robertus de Oilli concedo & confirmo id ipsum, scilicet quod Edith uxor mea dedit terram de Westone, que iacet Westone supra parcum, deo & dompno abbati & fratribus de Otteleia. Testibus, Fromundo sacerdote et Fulcone & Nigello de Oilli, Ranulfo filio Ioce.

4.

[Henry de Oilli confirms the gift of his father and mother.] **1152–1163.**

Notum sit omnibus sancte ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Henricus de Oilli constabularius regis & filius Roberti de Oilli concedo donationem illam quam pater meus & mater mea abbati & conuentui de Thama fecerunt de terra uidelicet de Westone, que iuxta nemus de Otteleie iacet, xxxv acras scilicet. Et ne quis filiorum meorum aut heredum meorum post obitum meum abbatem & conuentum de Thama, eo quod abbatia de Otteleia apud Thamam transposita est, inquietare aut disturbare uoluerit, liberam & quietam ab omni seruicio, quod ad me & heredes meos pertinet, ipsam donationem abbati de Thama & conuentui sigilli mei impressione confirmare studui. Huius donationis et confirmationis testes sunt Ricardus Daumari cantor & archidiaconus Lincoln', Radulfus Daumeri, Goza sacerdos, Thomas Druual & multi alii.[2]

[1] i.e. Nigellus; i.e. Nigel d'Oilli, see No. 3; probably he was a younger brother of Robert d'Oilli.

[2] Henry d'Oilli seems to have died in 1163. Richard Daumeri was not precantor until 1152 or later. Le Neve, misled by this charter, makes Richard Daumeri to have been archdeacon of Lincoln; but one man could not have held two offices.

fol. 1*v.* (*cont.*)

5.

[Reginald le Gai releases the monks from their obligation to make an abbey at Oddington.]

c. 1138. Sciant uniuersi sancte ecclesie filii quod ego Reinaldus le Gai dedi & concessi in perpetuam elemosinam abbati de Thama & fratribus suis totam terram de Ottendune quam Robertus le Gai pater meus in elemosinam eis dedit pro anima patris sui & matris sue pro salute & incolumitate sua, filiorum, fratrum, amicorumque suorum. De abbatia quam in illa terra assensu & consensu comitis Gloacestrie fratrumque meorum facere deberent quietos & liberos in perpetuum esse permitto, ita quod nunquam per me, nunquam per aliquem alium hominem uim eis inferam ut predicta abbatia ibi fiat. De rebus suis quas in illa terra uidelicet pecorum, frugum aliarumque rerum habuerint, uolo & concedo ut in abbatis sit potestate & monachorum quiequid facere uoluerint, uel inde ferre uel ibi dimittere vel quicquid aliud agendum decreuerint, habeant potestatem. Huius donationis huius paccionis sunt testes, prior de Oseneia, Walchelinus sacerdos de Suldewella, *fol.* 2*r.* | Radulfus sacerdos de Brac', Robertus de Chesnei, Ansgerius de Leueken*or*, Willelmus de Chesnei, Hugo frater eius, Eustachius de Chaon, Walterus Cadel, Engelramus de Pende, Paganus de Westb*uri*, Walterus de Puri, Hugo Wicthull, Fulco Har*eng*, Rogerus Foliot, Philippus de Hamtone, Robertus filius Aumari, Fulco Ettenels', Robertus de Suldewella.[1]

6.

c. 1180.[2] [Robert le Gay concedes the grant of Reginald his father.]

Robertus le Gait antecessorum suorum donacionem confirmat.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Robertus filius Reginaldi le Gait pro amore dei & salute mea &

[1] Suldewella may be Shelswell, and Brac' may be Brackley. Ansgerius de Lewkner is mentioned in *Chron. de Abingdon* II, 209 in a document of 1130–1150. This deed is before Robert de Chesney became archdeacon of Leicester, and is probably of 1138 when the abbey was being moved from Otteley to Thame.

[2] Deeds printed in *Oseney Cartulary* VI, pp. 40 etc. suggest that Reginald lived to 1170 or later.

parentum meorum concedo & hac presenti carta mea confirmo ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus omnem donationem quam pater meus eisdem dedit, scilicet totam terram nostram in Ottendune cum omnibus pertinentiis suis in bosco & plano, in pratis & pasturis & aquis : et licet ibidem fuerit quondam abbatia, quia minus est idoneus locus, concedo quod modo eorum sit grangia, libera & soluta ab omni seculari seruicio & exactione que ad me & ad heredes meos pertinent. Pro hac confirmatione dederunt michi monachi predicti unam marcam argenti. His testibus, Petro sacerdote de Thama, Ricardo filio Fulconis, Turberto ped', Alexandro filio Walteri, Hugone filio Walteri, Petro filio Gode. *fol. 2r. (cont.)*

7.

[Thorald de Ottendon confirms grants of his father and grandfather.] ? *c.* 1195.

Notum sit omnibus quod ego Thoroldus filius Henrici de Ottendune confirmaui totam donationem quam auus meus Thoroldus fecit monachis de Thama de terra sua in Ottendune viz : quatuor acras, quarum duo sunt super Bandune & tertia iuxta Greenwaie al suth[1] & quarta in Lambecotefurlunge & dimidiam acram quam pater meus Henricus cum corpore suo eis dedit illam scilicet que iacet iuxta portam grangie monachorum. Excambium quoque trium acrarum quod pater meus predictis monachis fecit, concessi & confirmaui scilicet unam acram super Bandune, aliam in Lambecotefurlung & tertiam subtus curtem grangie. Ego quoque Thuroldus pro salute anime mee & parentum meorum dedi predictis monachis quatuor acras & unam buth, quarum due sunt super Bandune, tertia ad finem Bandune in prato, quarta versus Littlemoram & le buth in ueteri Lectune. Hec autem omnia eis concessi & confirmaui tenenda de me & heredibus meis libera & quieta ab omni seruicio sicut puram & perpetuam elemosinam. Hiis testibus, Thoma de Dadem*en*ton & Henrico filio eius, Baldewino, Drocone, Fulcone fratribus meis.

[1] i.e. on the south side.

8.

fol. 2v. [Robert fitz-Ralph grants two acres to the abbey.]

Notum sit uniuersis sancte ecclesie filiis quod ego Robertus filius Radulfi do & concedo & confirmo donationem in perpetuam elemosinam assensu uxoris mee & heredum meorum quod pater meus Radulfus dedit monachis de Thama, scilicet duas acras terre mee cum prato ad capita illarum, que uiciniores sunt terre quam habent ipsi monachi de dominio domini mei, solutas & quietas & liberas ab omnibus seruiciis & auxiliis que ad me & ad heredes meos pertinent. Et hoc feci pro salute anime mee & domini mei Henrici de Oillhi & pro animabus patris & matris mee & omnium antecessorum meorum. Et sciendum quod huius rei gratia ex caritate domus sue quinque solidos argenti michi dederunt. Hiis testibus, Willelmo Preposito, Haroldo[1] Forestario, Willelmo filio Matildis, Radulfo filio Swartling, Radulfo le Blund, Henrico filio Thoraldi, Thoma de Ottendun, Roberto de Stoke & Rogero socio eius.

9.

c. 1190. [Hugo Pauper grants land in Oddington.]

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Hugo Pauper assensu domini mei Genteschiw Pauperis dedi & concessi & hac mea carta confirmaui deo & ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus cum corpore meo totum pratum meum de la Dene, quod incipit a fossa de Lacolputte & tendit iuxta boscum Genteschiw Pauperis de Ottendune usque ad boscum Henrici de Oilli de Westona ex una parte et ex alia parte iuxta boscum Radulfi filii Amalrici de Cestertone, sicut aque cursus de Wiuering descendit usque ad predictam fossam de Lacolputte, in puram & perpetuam elemosinam, liberum & quietum ab omni seruicio & exactione seculari, excepto quod michi & heredibus meis reddent annuatim duodecim denarios ad festum sancti Michaelis. Hoc

[1] Perhaps Hakoldo. This land was probably in Weston-on-the-Green which Robert held under Henry d'Oilli. The date is probably about 1200.

autem feci pro anima patris mei Walteri & Willelmi Pauperis auunculi mei & salute mea & Matildis matris mee & Genteschiw domini mei & antecessorum meorum & successorum meorum & quia predicti monachi dederunt michi decem marcas argenti ad releuandam terram meam & liberandum me de manibus Iudeorum. Et ego [&c. warranty]. Et ego & heredes mei si warrantizare non poterimus, ad ualentiam uel in terra arabili uel in prato escambiemus. Hiis testibus, Roberto de Witefeld, Willelmo fratre eius, Roberto Daumalri & Roberto filio eius, | Roberto de Stanford, Waltero de sancta Fide, Thoma de Ictlap', Genteschiw domino meo, Mathia de Wateleie, Hugone de Gersendone, Waltero del Esche, Willelmo Bodin, Nicholao clerico, Radulfo Lauuenaz, Thuroldo de Ottendun, Wydone de Cherlenton, Fulcone Paupere, Roberto fratre eius, Walhamet, Hugone, Gileberto & Ricardo fratribus Genteschiw domini mei, Roberto Galance, Willelmo Malcuiluert & multis aliis ibi tunc presentibus.[1]

fol. 2v. (cont.)

fol. 3r.

10.

[Genteschiu Pauper confirms the previous gift.] *c.* 1190.

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Genteschiu Pauper, filius & heres Willelmi Pauperis de Ottendune concedo & hac presenti carta confirmo deo & ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus donationem quam Hugo Pauper homo meus illis fecit de prato suo de la Dene, scilicet quod incipit a fossa de Lacolputte & tendit iuxta boscum meum usque ad boscum Henrici de Oilli ex una parte & ex alia parte iuxta boscum Radulfi filii Amalrici de Cestretone sicut aque cursus de Wiuering decurrit & designat usque ad predictum fossatum de Lacolputte, tenendum liberum & quietum in puram & perpetuam elemosinam, sicut predicti Hugonis carta testatur. Et hoc feci pro salute anime mee & patris mei Willelmi Pauperis & antecessorum meorum. Et ut [&c. sealing]; testibus eisdem qui in priori carta.

[1] Rob. de Witefeld died in or before 1194; Genteschiw succeeded his father after 1180.

11.

c. 1190. *fol.* 3*r.* (*cont.*)

[Genteschiw Pauper grants four butts.]

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis quod ego Genteschiw Pauper filius Willelmi Pauperis de Ottendun dedi & concessi assensu heredum meorum quatuor buttas terre que iacent in angulo uersus orientem iuxta grangiam & unam perticatam terre que uocatur Aedgerd que tendit in moram usque ad aquam currentem ad molendinum meum, deo & ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus in puram & perpetuam elemosinam liberam & quietam ab omni seruicio et exactione que ad me & ad heredes meos pertinet. Predicti uero monachi dabunt michi unum caponem ad Natiiutatem domini. His testibus, Roberto Almari, Willelmo de Prestecote.

12.

c. 1190. [Genteschiu confirms to the abbey a portion of meadow.]

Sciant presentes & futuri quod ego Genteschiu le Poure concessi & quietam clamaui & presenti carta confirmaui monachis de Thama in uilla mea de Ottendune iuxta aquam que descendit a mora uersus Hicteslep de la Cheuez quam Hugo le Curteis tenuit usque ad paruum uadum totam quartam partem prati & preterea unam acram terre in Brunesmere tanquam pertinentia ad tenementum quod tenent in uilla de Ottendune, ita scilicet quod nec ego nec heredes mei in posterum aliquid iuris inde clamare poterimus.

13.

1200. [Genteschiw in the archdeacon's synod at Oxford promises that he will not harm the abbey.]

Notum[1] sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Gentischiw, dominus de Ottendun, anno secundo regis Iohannis coram magistro A. de Cennore tunc officiali & omni clero in

[1] This and the next deed, though they are still in the first hand, are in other ink and seem to be additions. This suggests that the Cartulary was begun about the year 1200.

sinodo congregato apud Oxoniam iureiurando promisi me in posterum [monachis de[1]] Tama fidelitatem & indempnitatem in omnibus seruaturum & nullatenus deinceps in conuersis & famulis in blado aut pratis aut bosco uel quacumque alia re ad predictam domum pertinente scienter nociturum. *fol.* 3*r.* (*cont.*)

14.

[William Pauper exchanges land with the abbey.] *c.* 1200.

Willelmus Pauper omnibus amicis & hominibus suis Francis & Anglis salutem. Sciatis quod ego uoluntate & consensu heredum meorum cambiui contra abbatem de Tama & totum conuentum eiusdem loci quatuor acras terre que sunt ante grangiam de Otteleia pro crofta illa que iacet ante domum Radulfi Albi & Wlfrici Nigri & Herberti filiorum Toraldi in Ottendune & capite crofte que fuit Nigelli Carpenter; et sciendum quod una uirgata[2] predicte terre iacet in meta Westune & Ottendune ante grangiam de Otteleia, & una dimidia acra ad caput huius uirgate, et due acre & una uirgata ad caput huius dimidie acre uergentes ad terram de Westune exteriores & una acra ad caput harum duarum acrarum. Testibus, Willelmo de Esse, Radulfo Albo, Herberto & Henrico filiis Toroldi, Waltero Percehaie, Iohanne Scotto.

15.

[Genteschiw grants land to the abbey.] 1210–1230.

Sciant presentes & futuri quod ego Genteschiw le Pouere pro salute anime mee & Amicie uxoris mee & pro animabus omnium antecessorum meorum & heredum meorum dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Thama in liberam, puram & perpetuam elemosinam quinque acras terre cum pert. suis quas habui in illa cultura que se extendit in fossatum curtis ipsorum monachorum, scilicet contra pirum, | & illas sex buttas *fol.* 4*r.* cum pert. que iacent in eadem cultura iuxta le Chalvecroft cum illa parte assarti mei que iacet ad caput ipsarum

[1] Not in MS. but necessary.
[2] In this deed *virgata* means a quarter of an acre.

fol. 4*r.* (*cont.*) buttarum usque ad nouum fossatum meum & quod possint fossare & includere totam prefatam terram sicut ipsi uoluerint, tenendas & habendas prefatis monachis in perpetuum, libere, quiete, bene & in pace. Et ego [&c. warranty]. Hiis testibus, domino Roberto de Aumari, domino Hugone de Wistull, domino Ricardo Foliot, domino Ricardo Pirun, Philippo de Cranford, Thoma de Fifhide, Thoraldo de Ottendune, Martino filio sue & aliis[1].

16.

c. 1210–1230. [Ralf Albus grants land in Oddington.]

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Radulfus Albus de Ottendune assensu domini mei Genteschiw Pauperis dedi & concessi & saisiui[2] & presenti carta confirmaui deo & monachis sancte Marie de Thama decem acras terre mee arabiles & tres acras prati pro salute anime mee & parentum meorum in puram & perpetuam elemosinam solutas & quietas & liberas ab omni seruitio & exactione seculari & demanda, saluo seruitio domini regis quantum pertinet ad quartam partem unius uirgate & saluis duobus denariis quos michi & heredibus meis reddent annuatim ad festum sancti Michaelis ; que uidelicet acre in his culturis de Ottendune continentur ; in Lambescotefurlung ante grangiam monachorum unam acram iuxta duas acras eorum, & in eadem cultura aliam iuxta duas alias eorundem que tendit super Havedlond domini, & in Stoling iuxta acram Thoraldi unam acram, & post duas acras & dimidiam in eadum cultura dimidiam acram, & in Buttu*er* ultra Wiuering dimidiam acram que tendit super hauedlond Herberti, & in Stoling duo dimidias acras que tendunt in Putemersdig' ultimas ex parte occidentis preter dimidiam acram, & in Bandune unam acram iuxta secundam acram monachorum, & aliam in eadem cultura *fol.* 4*v.* | post quatuor acras eorundem, & in Chippefen iuxta Greneway unam acram inter acram Thoraldi & Willelmi de Prestec*ote*, & dimidiam iuxta Lutterescot que tendit super latam acram monachorum, & in Stoling iuxta Exlan

[1] See also No. 32.
[2] Sarsiui *MS.*

dimidiam acram, & iuxta pontem ex parte occidentis inter acram Thoraldi & acram ecclesie unam acram, in Fenurford inter acram Thoraldi & acram monachorum unam acram prati, & in Longelonde iuxta acram monachorum unam acram, & in Weuering inter acram Thoraldi & acram ecclesie unam acram. Et quia predicti monachi adiuuerunt me in urgentissima necessitate mea de quatuor marcis argenti, ego & heredes mei predictam terram erga omnes homines & feminas eisdem monachis warrantizabimus. Hiis testibus, Hugone Paupere, Petro filio Symonis, Iohanne fratre eius, Hamundo de sancta Fide, Widone de Cherleton, Roberto Templario, Thoma filio Willelmi de West', Thoma iuniore & multis aliis. *fol. 4v. (cont.)*

17.

[Genteschiw confirms the previous deed.] 1210–1230.

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Genteschiw dominus de Ottendune pro salute anime mee & parentum meorum concessi & ratam habui & presenti carta confirmaui donationem quam Radulfus Albus, homo meus, fecit deo & monachis de Thama scilicet decem acras arabiles & tres acras prati de feudo meo in Ottendun, liberas & quietas & solutas ab omni seruicio & exaccione seculari, saluo seruicio domini regis quantum pertinet ad quartam partem unius uirgate de Ottendun. Ut autem hec [&c. sealing]. Hii sunt testes, Hugo Pauper, Ham*undus* de sancta Fide, Petrus filius Symonis, Iohannes frater eius, Wydo de Cherleton, Robertus Templarius, Thomas filius Willelmi de West', Thomas iunior & multi alii.

18.

[Ralf de Alvernaz exchanges land with the abbey.] 1210–1230.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus, presentibus & futuris, quod ego Radulfus le Aluernaz concessi & in escambium dedi & presenti carta mea confirmaui monachis de Thama illas quatuor buz[1] que iacent pro una acra terre & sunt proxime porte grangie sue de Otteleia ad sinistram

[1] i.e. buttes.

fol. 5r. sicut exitur de porta, tenendum in perpetuum libere & quiete ab omnibus rebus ad me & ad | heredes meos inde pertinentibus ; pro qua acra accepi ab eis unam aliam acram, illam scilicet que uicinior est domui mee uersus orientem. Et sciendum quod ego [&c. warranty] ; uel si eam warrantizare non possumus, illam acram eis reddemus quam ab eis in escambium accepimus. Hoc autem escambium feci eis consensu domini mei Genteschyw Pauperis. Hiis testibus, Hugone Paupere, Ham' de sancta Fide, Toroldo de Ottendun, Fulcone fratre eius, Louello, Rogero de Bikestrop, Nicholao filio suo & multis aliis.

19.

1210–1230. [Genteschiu confirms the preceding grant.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus presentibus et futuris quod ego Genteschyw Pauper de Ottendun pro salute anime mee & omnium antecessorum & heredum meorum concessi [&c.] monachis de Thama illas quatuor buz que iacent pro una acra terre & sunt proxime porte grangie sue de Otteleia scilicet ad sinistram sicut exitur de porta. Quam acram Radulfus le Aluernaz homo meus eisdem monachis dedit in escambium pro una alia acra quam ab eis accepit, illa scilicet que uicinior est domui sue uersus orientem. Quare uolo quod predicti [monachi][1] teneant in perpetuum predictam acram terre liberam & quietam de omnibus rebus que ad me & ad heredes meos & ad predictum Radulfum & ad heredes suos inde pertinent ; qui Radulfus & heredes sui warrantizabunt [&c.], his testibus ut in precedenti.

20.

c. 1230. [Thurold of Oddington grants lands to the abbey.]

Sciant presentes & futuri quod ego Thuroldus de Ottendun dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Thama in liberam, puram & perpetuam elemosinam duas acras prati mei in Ottendun, que iacent in prato quod uocatur Chippelen, scilicet que incipiunt ad australe caput culture que uocatur Bandune & se extendunt ad boreale

[1] Not in *MS.*

caput culture que uocatur Russifurlung & sunt proxime prato ipsorum monachorum uersus occidentem. Et preterea | unam perticatam terre que se extendit in Luchlemore & iacet iuxta molendinum quod uocatur Backesmulle, tenendas prefatis monachis in perpetuum liberas & quietas ab omni seruicio, exactione & consuetudine & de omnibus rebus que de terra exigi possunt. Et ego [&c. warranty], hiis testibus, Roberto de Aumery, Ham*one* de seinte Fei, Roberto de Insula, Iohanne Paupere, Thoma Pugnant de Westun, Willelmo Iuuene de Westun, Iohanne filio Willelmi, Waltero Ilbert, Adam filio Stephani & aliis. *fol. 5r. (cont.)* *fol. 5v.*

21.

[Thorald grants more land.] *c.* 1237.

Sciant [&c.] quod ego Thoraldus de Ottendune dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Thama pro salute anime mee & Sare uxoris mee & omnium antecessorum & heredum meorum in puram & perpetuam elemosinam tres acras terre arabilis & unam acram prati in uilla de Ottendun cum suis pert., sciliet unam que se abbuttat in Periforlang & aliam acram propinquiorem molendino ad ventum dictorum monachorum ex parte occidentali & terciam acram que iacet in Brokeforlang propinquiorem la Greneweye ex parte australi preter duas dimidias acras dictorum monachorum ; dicta uero acra prati iacet in Langelonde propinquior terre arabili ex parte orientali & in eodem furlongo ; tenendas & habendas dictis monachis de me & heredibus meis libere, quiete & pacifice ab omni exactione seculari & demanda que de terra aliquo modo exigi poterit. Et ego [&c. warranty]. In cuius rei [&c. sealing], his testibus, Hamundo de sancta Fide, Iohanne Paupere, Iohanne Pinel, Petro de Wendlebri, Adam de Blechesdon, Waltero Ylbert, Willelmo de la Dene & multis aliis.

22.

[Thorald grants land.] *fol. 6r.* 1237.

Sciant [&c.] quod ego Thoraldus de Ottendone pro salute anime mee & pro salute animarum omnium ante-

fol. 6r. (*cont.*) cessorum & heredum meorum dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Thama in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam acram terre arabilis & prati & unam uirgam terre cum pert. suis in villa de Ottendone uidelicet illam acram que iacet iuxta acram predictorum monachorum que uocatur Holeredaker & se extendit ultra stagnum molendini de Backesmulne, & illam uirgam terre que se abuttat in fossatum de Periforlange ipsorum monachorum, tenendas & habendas dictis monachis libere & quiete in perpetuum. Et ego Thoraldus [&c. warranty]. Datum anno gracie millesimo ducentesimo tricesimo septimo. Hiis testibus, Hamone de sancta Fide, Genteschyw le Pouere, Adam de Blechesdon clerico, Iohanne le Pouere, Petro de Wendlebir', Willelmo le Ieuene & multis aliis.

23.

c. 1220. [Robert le Gait confirms the gifts of his ancestors.]

Sciant presentes & futuri quod ego Robertus le Gait[1] pro animabus omnium antecessorum meorum & pro salute anime mee & animarum omnium heredum meorum concessi & presenti carta mea confirmaui deo & beate Marie & monachis de Thama in liberam, puram et perpetuam elemosinam totam terram & tenuram cum omnibus pert. suis in omnibus locis & in omnibus rebus quam habent ex dono antecessorum meorum in Ottendune, & quia locus ille nec idoneus est nec sufficiens ad abbatiam faciendam, ad quod terra illa primo fuit assignata, ego pro me & pro heredibus meis quietos clamaui predictos monachos in perpetuum de facienda ibi abbatia, & concessi quod sine impedimento mei & heredum meorum habeant ibi grangiam vel faciant inde quiequid eis placuerit. Et ego Robertus & heredes mei warrantizabimus totam predictam terram cum omnibus pert. suis predictis monachis in perpetuum contra omnes homines et feminas & defendemus & adquietabimus

[1] In 1222 Robert le Gay retired to Oseney abbey with his family on a rich corrody, for which he had given all his land to the abbey. This deed was probably a little earlier.

predictam terram de omnibus forinsecis & aliis | seruiciis *fol. 6v.*
uersus dominum regem & uersus capitales dominos & uersus omnes homines, sicut nostram puram elemosinam. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Genteschiw Paupere, Matheo de Bikestrop, Fulcone filio Ricardi, Rogero de Stanford, Willelmo de Auuers, Nicholao de Bikestrop, Henrico & Willelmo fratribus eius, Thoma filio Reginaldi, Willelmo Bokel & aliis.

24.

[Martin confirms his father's gifts.] *c.* 1240.

Sciant presentes & futuri quod ego Martimus, filius & heres Thoraldi de Ottendune, pro salute anime mee & uxoris mee & omnium antecessorum & heredum meorum concessi & remisi & pro me & heredibus meis confirmaui deo & beate Marie & monachis de Thama totam donationem, uenditionem et escambium tam de terra arabili quam de pratis, pascuis et pasturis et redditibus cum omnibus pertinentiis et aisiamentis suis, que habent ex venditione, donatione et escambio patris mei et antecessorum meorum in uilla et campo de Ottendun; et insuper remisi eisdem monachis et pro me et heredibus meis quietum clamaui totum ius et clamium, quod unquam habui uel habere potui aliquo modo tam in communa quam in aliis rebus in illa clausura que uocatur le Periforlunge, ita quod nec ego Martinus nec heredes mei quicquam iuris poterimus amodo clamare in prenominatis terris & tenuris in perpetuum. Et ego Martinus & heredes mei et assignati mei warrantizabimus, adquietabimus et defendemus omnia predicta, sicut sepius expressum est, cum omnibus pertinentiis suis predictis monachis de sequelis comitatus et hundredis, de scutagiis & omnibus demandis et consuetudinibus, tam contra dominum regem quam contra omnes homines et feminas. Et ut [&c. sealing], his testibus, Rogero de Almar', Hamone de sancta Fide, Willelmo de Hamton, Willelmo de Audely, Ricardo de Prestecote, Elia de Witefeld, Alexandro de Cumba, Petro filio Oliveri, Willelmo de Scalebroc, Roberto de Witef*eld*, Willelmo Gernun & aliis.

25.

fol. 7r. [Martin grants more land.]

1240. March 1240/1. Sciant presentes et futuri quod ego Martinus filius & heres Thoraldi de Ottendone pro salute anime mee et Mabilie uxoris mee et omnium antecessorum meorum et heredum meorum dedi [&c.] deo et beate Marie et monachis de Thama in liberam, puram et perpetuam elemosinam undecim acras terre arabilis cum omnibus pert. suis, scilicet cum capitibus, pratis et pascuis in uilla de Ottendone, quarum tres acre iacent in cultura que se extendit in Bakkebroc et quarta acra iacet in quarentena que se extendit in Chippefen iuxta acram dictorum monachorum ex parte occidentis, et dimidia acra iacet in Eldelonde & se extendit in Fulrithie, & alia dimidia acra iacet in Chippefen in quarentena que uocatur Smaleierde propinquior capitali dimidie acre que fuit domini Genteschiw, & quinta[1] acra se extendit in longitudine iuxta riuulum de Bakkesmulne, & sexta acra iacet in cultura que vocatur Burlinegore et se extendit in Chippefen, et septima acra se extendit in Luttokeslake, & due acre se extendunt in Drofweie et dimidia acra que fuit Drofweie aueriis meis, ita quod ego et heredes mei habebimus liberum introitum et exitum aueriis nostris in pasturam nostram de Brokforlang in eadem dimidia acra uel alibi ubi predicti monachi habebunt introitum et exitum ad aueria sua in eandem pasturam, et una virga capitalis in quam quarentena de Blakebreche abuttat, et alia virga que se extendit in Pottemeresdich propinquior uiridi vie preter unam virgam que est ipsorum monachorum. Preterea concessi et presenti carta mea confirmaui eisdem monachis in liberam, puram et perpetuam elemosinam quatuor acras et dimidiam terre arabilis et tres acras prati cum omnibus pert. suis scilicet cum chevescis, pratis et pascuis in eadem uilla, uidelicet unam acram que se abbuttat in Perieforlange et aliam acram que est propinquior molendino ad ventum ipsorum monachorum ex parte occidentis et tertiam acram que iacet in Brokforlang propinquior uiridi uie preter duas
fol. 7v. dimidias acras dictorum | monachorum ex parte australi

[1] This is the sixth acre ; from this point the numbers are incorrect.

et quartam acram que iacet iuxta acram predictorum monachorum que uocatur Holeredaker, et se extendit ultra stagnum molendini de Bakkesmulne, et unam acram prati que iacet in Langforlang propinquior terre arabili ex parte orientis in eodem furlongo, et duas acras que iacent in prato de Chippefen scilicet que incipiunt ad australe caput culture que uocatur Bandun, et se extendunt ad aquilonare caput culture que uocatur Russiforlang, et sunt proxime prato dictorum monachorum versus occidentem, et unam virgam terre arabilis que se extendit in Litlemore prope molendinum, et aliam virgam que abbuttat in fossatum de Periforlange. Preterea concessi et presenti carta mea confirmaui eisdem monachis in liberam, puram et perpetuam elemosinam omnes donationes, uenditiones et escambia que Thoraldus predictus uel aliquis alius predecessorum meorum predictis monachis aliquando fecit. Sed et a me et ab heredibus meis remisi et quietum clamaui eisdem monachis in perpetuum totum ius et clameum quod habuimus uel habere potuimus in communa pasture uel aliquo alio modo in cultura ipsorum que uocatur Perieforlang; habendum et tenendum omnia predicta in omnibus locis et rebus sicut supradictum est predictis monachis in perpetuum, libera, soluta et quieta ab omni seruicio, consuetudine, exactione et demanda seculari. Et ego Martinus [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Hamone de sancta Fide, Willelmo de Hamton, Iohanne Paupere, Iohanne Pinel, Petro & Rogero de Wendlebyr', Willelmo Iuuene de Westun, Willelmo Poynant de Westun & aliis. Datum anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo, mense Martio. *fol. 7v. (cont.)*

26.

[Martin grants more land.] *c.* 1242.

Sciant presentes & futuri quod ego Martinus de Ottendune pro salute anime mee & animarum omnium antecessorum & heredum | meorum dedi [&c.] deo, beate Marie et monachis de Thama in liberam, puram et perpetuam elemosinam quatuor acras et unam virgam terre cum pert. suis in villa de Ottendun illas uidelicet quatuor acras que iacent in cultura que uocatur Brok- *fol. 8r.*

fol. 8*r.* (*cont.*) forlang iuxta terram ipsorum monachorum et illam virgam capitalem que iacet in cultura que uocatur Crofta, habendas et tenendas predictis monachis & eorum successoribus libere & quiete de omni seruicio, consuetudine et demanda in perpetuum. Et ego Martinus [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], his testibus, Ricardo de Prestecote, Willelmo de Hamton, Iohanne le Pouere, Iohanne Pynel, Petro de Wendlebir', Rogero clerico de Wendlebir', Willelmo Poygnant & Willelmo le Iefne de Westun & multis aliis.

27.

c. 1242. [Martin grants land.]

Sciant presentes & futuri quod ego Martinus filius Thoraldi de Ottendun pro salute anime mee & antecessorum et heredum meorum dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de Thama cum corpore meo post decessum meum apud eos ut proposui sepeliendo in liberam, puram & perpetuam elemosinam unam acram & unam virgam terre cum pert. suis in Ottendun, que iacent in Bantuneshale & extendunt a Luttekeslake in riuum qui fluit subtus Balkesmulne. Preterea quietum clamaui eisdem monachis totam communam totius pasture pro me & heredibus meis et assignatis meis a Fenniforde per Chippefen usque ad dimidiam acram que uocatur Drofwei in Hayz et a dicta Drofwei usque ad terram australissimam que fuit Genteschiw in Bantuneshale que iacet a Lutteslake usque ad ductum aque sub dicto Balkesmulne. Et ego et heredes mei warrantizabimus, adquietabimus et defendemus dictam terram cum *fol.* 8*v.* pert. suis et predictam | communam pasture predictis monachis et successoribus suis contra omnes homines et feminas in perpetuum, ita quod possint easdem terras cum pert. suis quantum ad me uel ad heredes meos et assignatos meos pertinet ad culturam aut alios profectus suos conuertere, sic quod nec ego nec heredes uel assignati mei aliquid in communa illa clamare poterimus, nisi quando omnes alii communicant. Hiis testibus, Rogero de Aumari, Willelmo de Hamton, Hamone de sancta Fide, Iohanne Paupere, Petro de Wendlebir', Rogero clerico, Willelmo Iuuene de Weston et aliis.

28.

[Another grant by Martin.] *c.* 1245.

fol. 8*v.* (*cont.*)

Sciant presentes & futuri quod ego Martinus Thoraldus de Ottendun pro salute anime mee et antecessorum et heredum meorum dedi [&c.] deo et beate Marie et monachis de Thama in liberam, puram et perpetuam elemosinam duas acras et dimidiam et unam uirgam terre mee arabilis in uilla de Ottendun viz: unam acram integram in cultura que uocatur Stoning que iacet inter terram dictorum monachorum & terram Iohannis le Pouere et unam dimidiam acram in Eldelond que iacet inter Stokking Iohannis le Pouere & terram eorundem monachorum & unam foreram super la Hulla que iacet pro dimidia acra & unam dimidiam acram in Stoninge que iacet inter terram dictorum monachorum ex utraque parte & extendit in Putemesdiche & unam virgam que iacet iuxta crucem Gentischiwe inter terram persone de Ottendune & terram Iohannis Petcheto; et preterea unam portionem prati que iacet in Luthtukkeslake & extendit in Banbrokesbroc, et illam portionem prati que iacet in eodem prato de Luthtukkeslake uersus caput iuxta la Blackeyerd; habendas & tenendas dictis monachis et eorum successoribus in perpetuum cum pert. suis libere, integre & quiete solutas et quietas ab omni secta, seruicio seculari & omni occasione que possit contingere in terra uel de terra. Et ego Martinus & heredes mei warrantizabimus & de omni secta, consuetudinibus debitis & exactionibus & rebus aliis adquietabimus & defendemus | uersus omnes homines et feminas Iudaice *fol.* 9*r.* legis & Cristiane, sicut nostram puram et perpetuam elemosinam, predictam terram & pratum cum pert. predictis monachis & eorum successoribus in perpetuum. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne le Pouere de Cherleton, Iohanne Pinel, Iohanne filio Widonis, Petro de Wendlebir', Rogero de Wendlebir' clerico, Willelmo Iuuene de Westun, Willelmo Poignant & aliis.

29.

[Martin grants a strip to the abbey.] *c.* 1250.

Sciant presentes & futuri quod ego Martinus Thoraldi de Ottendun pro salute anime mee & et pro salute omnium

fol. 9*r.* (*cont.*) antecessorum & successorum meorum dedi [&c.] deo et beate Marie & monachis de Tama in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam foreram terre mee, illam uidelicet foreram que iacet ad occidentem uille de Ottendun iuxta terram dictorum monachorum, habendam & tenendam dictis monachis & eorum successoribus libere, quiete, pure & integre in perpetuum. Et ego Martinus [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Iohanne Paupere de Cherleton, Petro le Frankelain de Wendlebiry, Willelmo Iuuene de Weston, Willelmo Swarthling de Weston, Willelmo le Nefe de Thiccheslepp', Iohanne filio Widonis de Cherleton & aliis.

30.

Mar. 3, 1252–3. [Martin grants more land.]

Sciant presentes & futuri quod ego Martinus filius et heres Thoraldi de Ottindun pro salute anime mee & antecessorum & heredum meorum dedi [&c.] deo & beate *fol.* 9*v.* Marie & monachis de | Thama in liberam, puram et perpetuam elemosinam duas acras terre mee arabilis in campo boreali de Ottindune & duas porciones prati in eodem campo viz : illam dimidiam acram terre arabilis que iacet iuxta le Culputte cum portiuncula prati iacentis ad caput eiusdem dimidie acre, inter terram predictorum monachorum et terram Iohannis le Pouere, et unam acram terre que iacet in eadem cultura de le Colputte inter terram predictorum monachorum & terram Iohannis le Pouere, et dimidiam acram terre apud le Hulliemed, et illam dimidiam partem supranominati prati viz : unum sidling apud la Hulliemed, et alteram prati partem scilicet unum sidling apud le Colputte inter terram predictorum monachorum et terram Iohannis le Pouere, et preterea unum sidling prati apud Banbroch inter terram predictorum monachorum et terram Iohannis le Pouere et unum sidlinge apud Luttekeslake quod se abbuttat in la Longehauedlond, et preterea dimidiam acram terre arabilis que iacet sub montem et se extendit in Brunesmere ; habenda et tenenda dictis monachis et eorum successoribus integre, pure, libere et quiete in perpetuum. Et ego [&c. warranty]. In huius [&c. sealing]. His testibus, Iohanne le Poure de Ottendun, Iohanne le

Poure de Cherlton, Iohanne Wyd, Willelmo Medico, Petro de Wendlebir', Willelmo Iuuene de Westun, Willelmo le Neueu de Ychteslep et aliis. Actum anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo et secundo, mense Martii quinto Non. eiusdem. *fol. 9v. (cont.)*

31.

[Oseney releases to Thame all scutage from Otteley.] 1243–9.

Nouerit uniuersitas fidelium quod ego Iohannes abbas de Oseneya & eiusdem loci conuentus unanimi consensu remisimus & quietum clamauimus pro nobis & successoribus nostris dompno Hilario abbati de Thama et conuentui eiusdem loci et successoribus suis in perpetuum scutagium quod ab eis petebamus de tenemento suo de | Ottele quod *fol. 10r.* est in parochia de Ottendun, quod habent de dono Roberti le Gait, ita quod nos uel successores nostri de cetero de dictis abbate & conuentu et successoribus suis racione dicti tenementi nullum scutagium exigere poterimus, sed erunt dicti abbas & conuentus & successores sui liberi & quieti in perpetuum de predicto scutagio, quantum ad nos pertinet. Pro hac autem remissione [&c.] dederunt nobis dicti abbas et conuentus de Thama centum solidos esterlingorum. Et ut [&c. sealing], his testibus Rogero Gernun, Rogero de Aumary, Petro de Esrug' balliuo domini Ricardi comitis Cornubie, Henrico Simeon, Waltero de Burthun, Laurentio le Brun, Anketillo clerico et aliis.[1]

32.

[John le Pouere of Oddington confirms the grant of his grandfather.] *c.* 1260.

Uniuersis Cristi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris Iohannes le Poure filius Ricardi le Poure,

[1] Robert le Gay jun. gave to Oseney all his property in Hampton Gay, part of which was half a knight's fee held under the Earl of Gloucester. Probably this half fee consisted originally of land in Hampton Gay and land in Oddington. The latter which was held under the Earl of Gloucester [see No. 5] was given to Thame free of all services [see Nos. 1 and 5], but when Oseney obtained the land of Hampton Gay it must have claimed that Thame should contribute to the scutage on the half knight's fee.

fol. 10*r*. (*cont.*) dominus de Ottindun, salutem in domino sempiternam. Nouerit uniuersitas uestra me cartam Gentischiw aui mei prospexisse continentem subscripta :—Sciant [&c. as in No. 15] Martino filio suo et aliis. | *fol.* 10*v*. Hanc donationem Gentischiw aui mei predictis monachis, ego Iohannes le Poure pro me et heredibus meis concessi et presenti carta mea confirmaui. Preterea remisi et quietum clamaui pro me et heredibus meis predictis monachis et eorum successoribus annuum redditum unius caponis quem ab eis aliquando exegi. Pro hac autem concessione, confirmatione et quieta clamatione dederunt supradicti monachi michi quinque solidos argenti. In huius [&c. sealing], his testibus, domino Radulpho de Cestretone, Iohanne le Poure de Cherlton, Galfrido de Lelham, Waltero de Burgo, Galfrido de Lucy, Petro de Wendlebir', Martino Thorald et aliis.

33.

Mar. 18, 1257. [Roger de Aumary quitclaims to the abbey their land in Weston-on-the-Green.]

Omnibus [&c.] Rogerus de Aumary salutem. Noueritis me concessisse & remisisse & quietum clamasse pro me et heredibus nostris dompno Rogero de Marcham, abbati de Thama & conuentui eiusdem loci totum ius & clamium quod habui uel aliquo modo habere potui sine aliquo clamio de me & heredibus meis in omnibus terris, pratis, pascuis uel tenementis cum omnibus pert. que dicti monachi tenent & tenuerunt de feudo de Westone in campo quod uocatur Westhulle unde traxi eosdem monachos in placitum per breve de recto in curia domini regis apud Westmonasterium coram iusticiariis domini regis in Banco ; ita quod nec ego Rogerus de Aumary nec heredes mei nec aliquis per nos in predictis terris, pratis & tenementis cum pert. aliquid iuris siue clamii exigere poterimus. Pro hac concessione [&c.] dederunt michi predicti monachi quatuor marcas sterlingorum. In cuius [&c. sealing]. Datum apud Westmonasterium die medie Quadragesime apud Westmonasterium anno regni regis Henrici filii regis Iohannis XLI. Hiis testibus, domino Radulfo de Cestretone, domino Iohanne le la Penne senescallo domini regis electi Romanorum, domino

Gileberto de Bracy, domino W. Quatremains, domino Fulcone de Rucot, Andrea Croke, Philippo de Wapele, Widone Parage & aliis. *fol.* 10*v.* (*cont.*)

34.

[William Mauduit confirms the gifts of Thorald and Martin of Oddington.] *fol.* 11*r.* *c.* 1260.

Notum sit omnibus quod ego Willelmus Mauduit, filius Thome Mauduit, concessi [&c.] deo & beate Marie et dompno Rogero abbati de Thama et eiusdem loci conuentui omnes terras et tenuras cum pert. que habuerunt ex dono Thoraldi de Ottindun & Martini filii eius ; habenda et tenenda eisdem abbati & conuentui & eorum successoribus in perpetuum libere et quiete in puram elemosinam, sicut carte quas inde habent proportant & testantur. Et ego [&c. warranty]. In cuius [&c. sealing], his testibus, domino Radulfo de Cestretone, domino Willelmo Quatremains, domino Fulcone de Rucot, Petro de Poiwik, Willelmo de Blontesdon, Iohanne le Poure de Cherlton, Willelmo Iuuene de Westun & aliis.

35.

[An agreement between Thame and the rector of Oddington.] Oct. 25, 1246.

Memorandum quod ita conuenit inter dominum Hillarium abbatem & conuentum de Thama ex una parte et dominum Rogerum de Turberville rectorem ecclesie de Ottendun ex altera, uidelicet quod dicte partes concesserunt adinuicem pro se et successoribus suis non licebit eisdem partibus sine mutuo consensu aliquid in nouam culturam redigere in uilla de Ottindun. Item concesserunt dicti abbas & conuentus pro se et successoribus quod cheminum illud quod uadit subtus grangiam suam de Ottele ex parte occidentali inter Ottendun & Westun ad pedes & ad equos sine bigis apertum remaneat. Item si contingat aliquem de seruientibus dictorum abbatis & conuentus apud Ottele manentibus ibidem infirmari & inde deportari ad abbatiam, propter hoc dicte ecclesie de Ottendun non preiudicetur quantum in ipsis est, quin de

fol. 11*r*. (*cont.*) ipso tanquam de parochiano suo sine contradictione ipsorum abbatis & conuentus ius suum habeat. In cuius rei testimonium presenti scripto in modum chirographi confecto utraque pars sigillum suum alternatim apposuit, anno gracie millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, die sanctorum Crispini & Crispiniani.

36.

1235–6. [An ordination by the bishop of Lincoln in a dispute between the rector of Oddington and the abbot of Thame.]

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Robertus dei gracia Lincolniensis episcopus *fol.* 11*v*. salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra | nos, interveniente dilectorum filiorum Genteschiw militis patroni & Rogeri de Turberville[1] rectoris ecclesie de Ottendun assensu, concessisse & presenti carta nostra confirmasse quod dilecti filii abbas et conuentus de Thama habeant capellam apud grangiam suam de Otteleia & diuina celebrent in eadem sumptibus ipsorum abbatis & conuentus, exclusis omnibus parochianis dicte ecclesie de Ottendun ; ita etiam quod dominicis & festis diebus familia eiusdem grangie in eadem capella diuina non audiat nec panem benedictum nec aquam benedictam nec alia sacramenta in preiudicium matricis ecclesie de Ottendun ibidem percipiat, sed matricem ecclesiam eisdem diebus debito modo, sicut consueuit, uisitabit. Dicti uero abbas & conuentus sacramentum fidelitatis per monachos et conuersos ibidem manentes exhibebunt scilicet quod omnes obuentiones undecumque in dicta capella proueniant sine diminutione qualibet ecclesie matrici de Ottendun quam cicius restituent, hoc excepto quod si episcopus, comes, baro, seu persona aliqua libertatem capelle de consuetudine habens & per patriam transiens in dicta capella per proprium capellanum diuina audierit & oblationem ibidem factam asportauerit, propter hoc uersus dictum abbatem & conventum uel eorum

[1] Roger de Turbeville was instituted in the rectory of Oddington in 1223 ; in 1235 on the ground of his noble birth he was allowed by Pope Gregory to hold more than one benefice with cure of souls. [Register of Hugo Wells II, 12 and 326, Cant. and York Soc.]

successores dicte ecclesie persona vel eius successores *fol.* 11*v.* actionem uel litem mouere nequaquam poterunt. Si *(cont.)* autem occasione eiusdem capelle quicquid in preiudicium supradicte ecclesie fuerit acceptatum, cessantibus omni appellatione, exceptione et priuilegio impetrato uel impetrando, cessabit auctoritate ordinarii dicta capella, donec matrici ecclesie super iniuria et omnibus subtractis legitime fuerit satisfactum. Ordinauimus etiam de consensu predictorum patroni et rectoris, ipsorum abbatis & conuentus accedente consensu, quod idem abbas et conuentus immunes sint in perpetuum a prestacionibus omnium decimarum prouenientium de cultura illa que uocatur Chalfcroft & de cultura illa que uocatur Periforlange ; que quidem culture clause fuerunt fossato uersus grangiam de Ottele tempore istius compositionis ; pro quarum quidem decimarum quieta clamantia concesserunt et dederunt dicti abbas et conuentus dicto Rogero et successoribus suis et ecclesie sue de Ottendun duo acras terre cum pertinentiis suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam uidelicet unam acram in Bradeweesforlange que iacet inter dimidiam acram domini Genteschiw et dimidiam acram Ysabelle | vidue, que *fol.* 12*r.* quidem acra se extendit super quinque capitales dimidias acras dicti Genteschiw, et aliam acram que se extendit ab oriente in occidentem ex parte boreali domus ipsius persone de Ottindun, que quidem acra iacet inter acram Willelmi Botte et tres uirgas Ricardi Herberti ; habendas et tenendas dicto Rogero et successoribus suis et ecclesie de Ottendun libere, bene et in pace et quietas ab omni seruicio et exactione seculari. Concesserunt etiam dicti abbas et conuentus pro se et successoribus suis dicto Rogero et successoribus suis et ecclesie sue de Ottindun quod acram predictam que iacet ut predictum est ex parte boreali domus ipsius persone, quantum in ipsis est uel ad eos pertinet, claudere possit una cum ceteris acris propinquioribus curie dicti persone et cum omnibus earum pertinenciis, et quod super eisdem acris cum suis pert. possit edificare et pro uoluntate sua de eisdem disponere, ita quod in ipsis acris nec communam pasture nec aliquid aliud, dummodo clause fuerint, petere possint. Ut igitur ordinatio predicta de partium predictarum assensu per nos facta, saluo in omnibus iure Lincolniensis

fol. 12*r.* (*cont.*) ecclesie, matricis etiam ecclesie de Ottindun et vicinarum ecclesiarum et nostra et successorum nostrorum dignitate, perpetuam obtineat firmitatem, presenti scripto in modum cirographi confecto sigillum nostrum una cum sigillis ipsarum partium duximus apponendum. His testibus, magistro Rogero de Iakesham, Iohanne de Dyam, Rogero Blundo capellanis, magistris Rogero de Campeden, Roberto de Cadenay, Rogero de Raueningham, Thoma de Askeky, Benedicto clerico et aliis.[1]

37.

1231. [A decision by judges delegate in a dispute between the abbey and the rector of Oddington.]

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris presens scriptum uisuris uel audituris de Colecestria et de Middelsex archidiaconi et decanus sancte Marie de Arcubus London' salutem in domino. Uniuersitati uestre notum facimus quod cum Rogerus rector ecclesie de Ottendun abbatem & conuentum de Thama ordinis Cisterciensis super decimis infranominatis conuenisset per literas apostolicas ad decanum Saresb' suosque coniudices impetratas sub hac forma :—" Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis decano, precentori et cancellario Saresb' salutem & apostolicam benedictionem. Rogero rectore ecclesie de Ottendun accepimus conquerente quod abbas & conuentus de Thama Cisterciensis ordinis et quidam alii Lincolniensis et Sarisburiensis diocesum super decimis & rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque *fol.* 12*v.* discrecioni uestre per apostolica | scripta mandamus quatinus partibus conuocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem, cessante appellatione, cogatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Perisii decimo kalend' Februarii, pontificatus nostri anno

[1] Roger de Jakesham is not found as a witness in the Register of bishop Grosseteste after 1237, nor Thomas de Askeby after 1236.

secundo" ; formata igitur editione dicti Rogeri in hunc *fol.* 12*v.*
modum :—" Dictus Rogerus persona de Ottindun [dicit][1] (*cont.*)
quod decime omnes maiores et minores prouenientes ex possessionibus quas abbas et conuentus de Thama in parochia predicta de Ottindun habent in terris, pratis et animalibus, et obuentiones omnes alie ecclesiastice hominum dictorum monachorum in eadem parochia commorantium ecclesie prefate debite sunt, cum possessiones terrarum et pratorum infra limites illius parochie site sunt, et animalia in eadem parochia depascantur, et homines in ecclesia memorata ecclesiastica iura percipiant ; in quarum decimarum et obuentionum solutione pro parte est per predictos monachos cessatum. Est autem cessatum in solutione decimarum prouenientium de cultura de Stockinge & de noua cultura in Chippefen et de omnibus pratis eorum que habent in dicta parochia de Ottendun & animalibus et gardino et curia eorum preterquam in quibusdam obuentionibus hominum seruientium suorum, quas percipit ecclesia ; pro qua cessatione parochialis ecclesia enormem patitur lesionem ; ecclesie cuius interesse ad summam trium marcarum extenditur annuatim, et hoc interesse petit idem Rogerus persona ipsius ecclesie ; et pro tempore ex quo dicti monachi in prenominata parochia possessiones antedictas habuerunt, dicit eiusdem ecclesie interesse ad summam centum marcarum ; de quo petit dicte ecclesie satisfieri, et intendit petitorium pro hiis decimis & obuentionibus quas non percepit." Cum autem dicta editio sic iacta fuisset, ostensis in iudicio quibusdam priuilegiis dictorum monachorum diligenter lectis et inspectis, interlocutum est ipsos monachos non debere per predictas litteras nec de iure posse conueniri nec teneri ad respondendum eisdem, cassatis exemptionibus contra priuilegia dictorum monachorum propositis, scilicet de enormi lesione & omnibus aliis. Cumque contra dictum interlocutorium ex parte
dicti Rogeri fuisset appellatum, | ad nos sub forma *fol.* 13*r.*
fuit impetratum :—" Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis de Colecestria et de Middelsex archidiaconis et decano de Arcubus Londoniensis diocesis salutem & apostolicam benedictionem. Rector ecclesie de Ottindun sua nobis petitione monstrauit quod cum inter

[1] Not in *MS.*

fol. 13*r.* (*cont.*) ipsum ex una parte et abbatem et conuentum de Thama Cisterciensis ordinis Lincolniensis diocesis ex altera coram decano Sarisbur' et coniudicibus suis super quibusdam decimis et rebus aliis auctoritate apostolica questio uerteretur, idem perperam procedentes in casu iniquam tulerunt diffinitiuam sententiam contra eum, a qua ipse nostram audientiam appellauit. Ideoque discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus in appellationis causa legittime procedatis, sententiam confirmare vel infirmare appellatione remota curantes sicut de iure fuerit faciendum. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani[1] quarto Idus Decembris pontificatus nostri anno quarto." Cum etiam dicti monachi super iniusta uexatione litteras apostolicas impetrassent contra dictum Rogerum ad abbatem sancte Marie Eboraci et suos collegas sub hac forma :—" Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati sancte Marie, cantori et thesaurario Eboracensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii abbas et conuentus de Thama Cisterciensis ordinis insinuatione monstrauerunt quod cum Rogerus de Turberville rector ecclesie de Ottendun Lincolniensis diocesis eos super quibusdam decimis, a quarum prestacione per apostolice sedis priuilegia sunt immunes, coram decano Saresb' et coniudicibus suis auctoritate apostolica conuenisset qui, cognitis cause meritis et inspecto eorundem priuilegiorum et indulgentiarum suarum tenore, eosdem abbatem et conuentum ab impetitione ipsius Rogeri sententialiter absoluerunt, ei super hiis silentium imponentes, predictus Rogerus contra eandem sententiam temere ueniens, non contentus damnis & grauaminibus prius super hoc illatis eisdem, ipsos super decimis ipsis multiplici molestacione fatigat. Quocirca discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus si rem inueneritis ita esse, prefatum Rogerum ut ab eorundem abbatis & conuentus super hiis molestatione desistat monitione premissa per censuram apostolicam appellatione remota cogatis. Quod si non
fol. 13*v.* omnes hiis | exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani[1] Idus Decembris pontificatus nostri anno quarto." Partibus

[2] Lateranum, *MS.*

tandem conuocatis & in presentia nostra constitutis post *fol.* 13*v.*
multas altercationes, facta renunciatione nobis utrimque (*cont.*)
omnium dictarum litterarum impetratarum, lis super predictis mota per amicabilem compositionem realem et perpetuam inter ecclesias factam in hunc modum conquieuit, viz : quod predicti abbas & conuentus pro bono pacis ecclesie de Ottendun & rectoribus, qui pro tempore fuerint in eadem, de messuagio quod Lambertus de eis tenuit in Ottendun quandam partem contulerunt, scilicet in australi parte eiusdem messuagii latitudinem quinquaginta pedum iuxta uiam que uadit per medium uille, et eandem latitudinem per medium ipsius crofte scilicet a predicta uia usque ad campum in longitudine et dictam terram dicte ecclesie garantizabunt. Dictus uero Rogerus rector pro se & successoribus suis et pro ecclesia sua eosdem abbatem et conuentum immunes et quietos clamauit in perpetuum a peticione & prestacione petitorum, in quorum solutione dicebat per dictos monachos fuisse cessatum, et omni iuri & actioni in supra-premissis renunciauit, saluis et retentis sibi & successoribus suis et ecclesie sue hiis in quorum possessione erat idem Rogerus et ecclesia sua tempore compositionis. Ad huius autem compositionis obseruationem utraque pars impetratis & impetrandis tam in foro ecclesiastico quam seculari actionibus, exceptionibus, appellationibus et omnibus aliis iuris remediis contra predictam compositionem facientibus renunciauit. Promisit eciam utraque pars sub iuramento solempni quod dictam compositionem bona fide & firmiter obseruabit sub pena quinquaginta marcarum soluenda a parte non obseruante eam parti illi que eam obseruauerit, nichilominus compositione ipsa rata manente in perpetuum et reseruata nobis et successoribus nostris de consensu partium perpetua iurisdictione compellendi eas ad predicte compositionis obseruationem & dicte pene, si commissa fuerit, solutionem. In cuius rei testimonium facta est scriptura tripartita sigillis nostris & partis utriusque signata, cuius una pars residet penes dictum abbatem & conventum, alia pars penes rectorem ecclesie de Ottendun et tercia pars in archiuis ecclesie sancte Trinitatis London' per nos deposita, et
nobis vel | successoribus nostris cum necesse fuerit *fol.* 14*r.*
resignanda ibidemque iterum reponenda. His testibus,

fol. 14*r.* (*cont.*) magistro W. de Wermenistre, magistro R. de Wermenistre, magistro Iohanne de Leons, magistro Iacobo de Wittam, magistro P. de Radenora, Iohanne persona de Gersenden, Hugone fratre eius, Nicholao persona de Neuam et aliis.

38.

Oct. 25, 1246. [The Prior of Reading, judge delegate, settles a dispute between the same parties.]

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis presens scriptum uisuris vel audituris prior Radingie salutem in domino. Noueritis nos mandatum domini Pape suscepisse in hec uerba :—" Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, dilecto filio priori Radingie Sarisburiensis diocesis salutem & apostolicam benedictionem. Ne dilecti filii abbas & conuentus de Thama Cisterciensis ordinis Lincolniensis diocesis a sancte contemplacionis ocio, cui se totaliter donauerunt, per sollicitudinem bonorum temporalium, in quibus nonnulli, qui nomen domini recipere in uacuum non formidant, multipliciter [eos][1] ut asserunt inquietant, disistere compellantur. Nos uolentes eorum prouidere quieti & molestantium malitiis obuiare, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsis abbati & conuentui assistens efficaciter, non permittas ipsos contra indulta sedis apostolice ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, presentibus post triennium minime valituris. Datum Lugduni xvii kal. Aprilis, pontificatus nostri anno tercio." Huius igitur auctoritate mandati cum deposita esset querimonia dictorum abbatis & conuentus coram nobis contra dominum Rogerum de Turberuille, rectorem de Ottendun, scilicet quod eosdem contra indulta priuilegiorum suorum decimis quorundam noualium in parochia de Ottendun spoliauit, eis etiam & suis per se & suos multas iniurias intulit et inferri fecit, conquerente nichilominus dicto rectore a predictis abbate & conuentu ac suis eidem rectori nonnullas illatas fuisse iniurias, tandem anno gracie mccxlvi die sanctorum Crispi & Crispiani partes, interueniente nostra auctoritate, amicabiliter in hanc formam pacis consenserunt, uidelicet quod omnes controuersie

[1] Not in *MS.*

quacunque occasione seu quocunque tempore diem supra- *fol.* 14*r.*
dictum precedente que hinc inde mote erant uel poterant (*cont.*)
moueri per dictas partes | nominibus suis uel suorum aut *fol.* 14*v.*
ecclesiarum suarum, remisse sunt utrimque ; & dicti abbas & conventus pro bono pacis perpetue inter utramque ecclesiam concesserunt dicto rectori & successoribus suis tres acras terre in uilla de Ottendun in forlango quarrarie, habendas & possidendas absque omni seruicio ; et dictus rector pro se & successoribus suis nomine predicte ecclesie eosdem abbatem & conuentum & successores suos immunes & quietos clamauit de prestatione decimarum prouenientium de omnibus terris suis in Chippefen, usque ad supranominatum diem in culturam redactis, & de chevescis duarum virgarum que sunt in Putemeresdich, in quarum chevescas terra domini de Ottendun se extendit, et ius si quid habuit uel habere potuit in decimis predictis nomine ecclesie predicte pro se & successoribus suis penitus remisit, nostra auctoritate saluis eidem rectori & successoribus suis in perpetuum decimis bladi prouenientibus de ceteris culturis dictorum abbatis & conuentus in eadem parochia, de quibus antea non fuit compositum. Quod si aliquo casu contigerit quod aliquid nomine decime de dicta cultura de Chippefen seu de alio quocunque loco in prefata parochia, ubi decima dari non debuit, sine speciali iussione dictorum abbatis & conuentus alicui rectori dicte ecclesie de Ottendun soluatur, illud prefatis monachis non preiudicabit. Similiter predicto rectori uel successoribus suis non debet preiudicare, si casu aliquo decima fuerit asportata que sibi & ecclesie sue debuit competere. Quod si futuris temporibus aliquis ex successoribus premissi rectoris contra hanc presentem uenire presumpserit compositionem, liceat predictis monachis propria auctoritate dictas tres acras occupare. Ut igitur predicta compositio auctoritate nostra rite inita rata & firma in perpetuum habeatur, utraque pars iurisdictioni nostre se subiecit, de consensu partium perpetua potestate nobis & successoribus nostris reseruata, ut partem utramque ad huius compositionis obseruationem possimus compellere, si qua earum ab ea resilire contigerit, ratis nichilominus manentibus utrisque compositionibus in perpetuum inter dictos abbatem & conuentum & successores suos & dictum rectorem et

fol. 15*r*. successores | suos confectis tam super ordinatione domini Lincolniensis episcopi inter ipsos facta, quam compositione coram archidiacono Colecestrie & suis collegis inita. Et ut hec compositio perpetuum robur obtineat, presenti scripto in modum cirographi confecto sigillum nostrum una cum sigillis partium duximus apponendum. His testibus, dompno Philippo abbate de Bittlesdene, magistro Waltero de sancto Edmundo, persona de Chirlebiry, domino Henrico de Boseham & Galfrido de Turberville, magistro Waltero de Tubben', Martino clerico, Ricardo Sturdi & aliis.

[The rest of 15*r* is blank ; 15*v* and 16*r* are occupied with a list of the preceding charters.]

[OSENEY.]

39.

[The bishop of Lincoln gives his award between Oseney abbey and Thame abbey.] *fol.* 16*v.* Sept. 3, 1281.

Uniuersis[1] sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit frater Rogerus, prior de Thame & eiusdem loci conventus ordinis Cisterciensis, Lincolniensis dyocesis, ac frater Warinus abbas domus de Gratia Dei, procurator domini Ricardi abbatis loci eiusdem de Thame, habens potestatem & speciale mandatum ab eodem ad ratificandum ordinacionem subscriptam ex parte vna, ac frater Willelmus miseracione diuina abbas Oseneye & eiusdem loci Conuentus ordinis sancti Augustini dicte dyocesis ex altera, salutem in domino. Noueritis nos composicionem inter nos dictas partes initam, ac ordinacionem [&] sentenciam venerabilis patris domini Oliueri dei gracia Lincolniensis episcopi super eadem composicione subsecutas in modum cyrographi conscriptas, sigillo dicti patris consignatas inspexisse, coram nobis legi fecisse & plenarie intellexisse sub hac forma :—

In dei nomine, Amen. Presenti pagina pateat uniuersis quod cum inter religiosos uiros nostre diocesis fratrem Ricardum abbatem & conuentum de Thame ordinis Cisterciensis ex parte vna & fratrem Willelmum abbatem & conuentum Oseneye ordinis sancti Augustini ex altera super quibusdam decimis & aliis iuribus[2] parochialibus de loco seu area de Northoseneya, quam infra limites parochie dictorum abbatis & conuentus Oseneye nobilis vir dominus Edmundus comes Cornubie monachis prefati ordinis Cisterciensis imperpetuum deo seruituris ibidem sub certis finibus & terminis designatis pio proposito nuper dedit, suborta [esset][3] materia questionis, predictis abbati & conuentui de Thame tam humiliter quam instanter petentibus a nobis Oliuero permissione diuina Lincolniensi episcopo locum seu aream predictam deo dedicatam Aug. 25, 1281.

[1] This is printed in *Oseney Cartulary* II, 455.
[2] iuris, *MS.*
[3] Not in *MS.*

fol. 16*v.* (*cont.*) pontificali benediccione solempni, sicut iuris & moris est, primitus insigniri, prefatis abbate & conuentu Oseneye se opponentibus, & asserentibus ex aduerso id de iure fieri non debere cum id in grande preiudicium & dampnum ipsorum, quantum ad decimas, oblaciones & alia iura parochialia inde sibi debita, si fieret, cederet manifeste; fuissetque incontinenti ex parte predicti abbatis de Thame pro se & suo conuentu coram nobis in iudicio *fol.* 17*r.* constituti ex sana consciencia constanter propositum & nobis in presencia partis alterius instanter oblatum, quod cum omni promptitudine parati erant per quamcunque ydoneam caucionem nostro iudicio vel arbitrio faciendam dictorum abbatis & conuentus Oseneye indempnitati, quantum ad decimas & alia omnia supradicta protinus prospicere, parte eorundem[1] canonicorum post aliqua verba consentiente similiter in idem, tandem nos pro bono pacis & quiete parcium confouenda certos diem & locum partibus de consensu eorundem expresse ad audiendum & suscipiendum ordinacionem nostram, cui alte & basse se submiserant in predictis, de plano duximus assignandos. At illi expedire se breuius intendentes & ordinacionem nostram amicabili composicione sua ui prudencius preuenientes, se inuicem sub forma inferius anotata ante diem interim concordabant, videlicet quod dicti abbas & conuentus de Thame vnanimi consensu & voluntate sua predictis abbati & conuentui Oseneye fideliter promiserunt pro recompensacione dampnorum que eisdem canonicis per subtraccionem seu retentionem decimarum personalium & ortorum ac aliarum minutarum decimarum tantum hactenus acciderunt seu accidere poterint in futurum, occasione ingressus monachorum eorundem in aream de Northoseneye supradicta [quod][2] triginta sex solidos & octo denarios annui redditus, in loco competenti & eisdem canonicis vtili, dictis abbati & conuentui Oseneye prestare de cetero futuris temporibus teneantur, se ac omnes alios ordinis eiusdem in loco seu area predicta deo seruituros ac ipsorum omnium successores coniunctim & diuisim ad prestacionem eiusdem annui redditus in forma predicta faciendam per suas patentes litteras obligando; volentes etiam & consen-

[1] horundem, *MS.*
[2] Not in *MS.*

cientes expresse, quod nos hoc ipsum pronunciemus *fol.* 17*r.*
ordinando, ad quam ordinacionem & pronunciacionem (*cont.*)
(per nos super omnibus & singulis predictis faciendam)
audiendam, admittendam & ratificandam & vlterius in
negocio benediccionis petite ac ordinacionis per nos
faciende & ad iurandum in animas suas & ad faciendum
pro eis quicquid ipsi facere possent, si presentes essent,
dicti abbas & conuentus de Thame dominum Warinum
abbatem domus de Gracia [Dei][1] eiusdem ordinis procura-
torem suum fecerunt & litteraliter ordinarunt, attento *fol.* 17*v.*
tamen quod si dictus dominus comes Cornubie, vel ad
instanciam dictorum monachorum seu motu suo proprio,
quandam peciam terre iuxta capellam de Frees quam
Walterus de Crocforde aliquando de dictis canonicis
pro dimidia marca per annum tenuit prefato Waltero
quiete & pacifice restituat in futurum, seu predictus
dimidie marce annuus redditus ad manus dictorum
canonicorum per impetracionem dicti Walteri seu quo-
quomodo[2] iure pristino reuertatur, extunc ad presta-
cionem eiusdem annui redditus dimidie marce predictis
canonicis nullatenus teneantur, annuo tamen triginta
solidorum redditu supradicto remanente nichilominus
semper saluo, quousque in loco competenti ad vtilitatem
dictorum canonicorum in comitatu Oxonie tantundem
annui redditus dictis canonicis racionabiliter prouiderunt
cum effectu; ita tamen quod pro annuo triginta sex
solidorum & octo denariorum redditu memorato predicti
monachi nullam vendicare sibi vel allegare possint
immunitatem seu quietanciam contra canonicos prelibatos
vel ipsorum successores de locis & terris infra parochiam
predictam per dictos monachos aut successores eorum de
cetero adquirendis. Que omnia & singula fideliter obser-
uare & nichilominus omnimodas maiores decimas prediales
bladi garbarum & feni de terris & pratis ab ipsis monachis
seu aliis quibuscunque eiusdem ordinis in parochia predicta
canonicorum Oseneye hactenus adquisitis & deinceps
adquirendis predictis canonicis & eorum successoribus seu
procuratoribus cum omni integritate sine fraude &
difficultate qualibat fideliter persoluere, nisi cum eisdem
canonicis aliter super eisdem decimis possint amicabiliter

[1] Not in *MS.*
[2] quoquemodo, *MS.*

fol. 17*v.* (*cont.*) componere & in nullo omnium predictorum unquam de cetero contrauenire, prefati abbas & conuentus de Thame pro se & aliis quibuscunque eiusdem ordinis infra aream predictam de Northoseneye de cetero habitaturis & ipsorum omnium successoribus in verbo veritatis &
fol. 18*r.* sacerdocii predictis canonicis promiserunt fideliter & iurarunt, subicientes se omnes & singulos monachos supradictos ac omnia bona sua in dioces[e] Lincolniensi videlicet existencia ac omnes successores suos iurisdiccioni & cohercioni nostre & successorum nostrorum, ut quociens idem monachi forsan fidem fefellerint in predictis, possit ipsos statim, visis patentibus litteris suis inde confectis de plano & sine strepitu seu figura & ordine iudiciali de die in diem per interdicti, suspensionis & excommunicacionis sententias ac bonorum suorum sequestracionem compellere ad plenam obseruacionem omnium predictorum, non obstantibus priuilegiis seu indulgenciis generalibus seu specialibus, cuiuscunque tenoris existant, prefatis monachis seu ordini Cisterciensi communiter vel diuisim a sede apostolica vel aliunde concessis seu concedendis ; quibus omnibus ac aliis exceptionibus & omni supplicacioni ac beneficio inintegrum restitucionis, appelacionibus, prouocacionibus, defensionibus & remediis uniuersis, quibus se contra premissorum aliqua defendere forsan possent, specialiter & nominatim in scriptis renunciarunt expresse, sicut hec omnia & singula in litteris suis patentibus, de quibus supra fit mencio, oculata fide videmus contineri. Cumque die a nobis prefixo partibus antedictis ad recipiendum ordinacionem nostram, sicut superius est expressum, dictus dominus Warinus abbas domus de Gracia Dei, dictorum abbatis & conventus de Thame legittimus procurator ex parte vna & frater Robertus dictus Maynarde canonicus domus Oseneye ac dictorum abbatis & Conuentus Oseneye legittimus procurator ex altera, coram nobis pro tribunali sedentibus legittime conparentes litteras dictorum abbatis & conuentus de Thame patentes, de quibus fit mencio sepe supra, nobis ostenderent & omnia contenta in eisdem recognoscerent insuper viua uoce hinc inde simul communi uoto petentes concordiam & composicionem eandem auctoritate nostra firmius roborari, confirmari & quod perpetuo valeant per nos insuper ordinari, nos ad instanciam & de consensu

vtriusque partis expresso composicionem predictam cum *fol.* 18*r.*
omnibus & singulis contentis in eadem auctoritate nostra (*cont.*)
roboramus, confirmamus & hec omnia futuris temporibus
fideliter obseruari debere : consimiliter ordinamus locum *fol.* 18*v.*
de quo ac locum in quo & terminos in quibus annuus redditus predictus solui debeat, sic de vtriusque partis expresso consensu describentes, videlicet de manerio ipsorum monachorum de Otteleya comitatus Oxonie & ad festum natiuitatis gloriose virginis proximo futurum medietas annui redditus predicti, & reliqua medietas ad festum Annunciacionis eiusdem gloriose virginis proximo sequens in capella beati Thome martiris extra portam Oseneye & sic de anno in annum imperpetuum, nisi partes interim super hiis aliter duxerint componendum ; ad quorum omnium obseruacionem in forma predicta faciendam vtramque partem predictam de ipsius expresso consensu sententialiter condempnamus. Quas composicionem, ordinacionem & sentenciam nostram predictas ambo procuratores predicti coram nobis cominus constituti acceptarunt, & se ac dominos suos omnia predicta fideliter obseruaturos in animas eorundem dominorum suorum prestito iuramento corporali iurauerunt ; quas etiam composicionem, ordinacionem & sentenciam nostram volumus ordinando vtrique conuentui predicto sine mora dispendio recitari & illas ab eisdem protinus euolgari & suis patentibus litteris hinc inde conficiendis & parti alteri liberandis sine calumpnia qualibet approbari & sic demum munus petite benediccionis inpendi, ac canonicis predictis super opposicione sua predicta in perpetuum silencium imponi ; ad hec, execucionem huius ordinacionis & sentencie nostre in forma predicta de die in diem de plano & absque strepitu vel ordine iudicii, si necesse fuerit faciendam, necnon & interpretacionem seu declaracionem eorum, que forsan dubia diminuta fuerunt vel obscura, quociens necesse fuerit vel oportunum equanimiter faciendam nobis & successoribus nostris exnunc reseruamus expresse. Actum & datum apud Ludam octavo kalendas Septembris, anno domini MCC octogesimo primo & pontficatus nostri secundo. Nos igitur prefatas composicionem, ordinacionem & sentenciam in omnibus suis articulis ratas habentes & firmas, ipsas tenore presencium approbamus, ratificamus, accep-

fol. 19*r*. tamus & euolgamus | uolentes & concedentes ipsas inter eos imperpetuum obseruari. Ad hec nos, frater Ricardus abbas de Thame memoratus, qui dictam compositionem ante recessum nostrum ab Anglia usque ad Cisterc' anno domini MCCLXXX primo & anno regni regis Edwardi nono cum dictis canonicis Oseneye iniuimus, necnon & eiusdem loci de Thame conuentus prefatum triginta sex solidorum & octo denariorum redditum annuum predictis canonicis Oseneye in forma prescripta de manerio nostro de Otteleya ad capellam beati Thome martiris predictam imperpetuum soluendum damus, concedimus & tenore presentium confirmamus ac debere recognoscimus, nos & omnia bona nostra & specialiter dictum manerium de Otteleya eisdem canonicis obligantes ad solucionem dicti redditus ut premittitur in posterum fideliter faciendam ; ita quod si contingat nos in dicta solucione dictis terminis & loco quod absit deficere possint nos per omnes terras & tenementa dicti manerii distringere ad solucionem memoratam in forma premissa faciendam. In quorum ommium testimonium & fidem sigilla nostra communia presentibus in modum cyrographi conscriptis communi consensu alternatim sunt appensa. Dat' consignationis littere penes partem de Thame remansure apud Oseneyam et littere penes partem Oseneye remansure apud Thame die Martis proxima ante festum Natiuitatis beate Marie virginis predicto anno domini MCCLXXX primo.

40.

July 14, 1297. [Oseney surrenders tithe and rights of common in North Oseney.]

Anno[1] domini millesimo ducentesimo nonogesimo septimo die dominica proxima post festum translacionis sancti Thome martiris anno regni regis Edwardi filii regis Henrici XXV^to^ ita conuenit inter Iohannem miseracione diuina abbatem Oseneye & eiusdem loci conuentum ordinis sancti Augustini ex parte una & fratrem Ricardum eadem miseracione abbatem de Regali Loco iuxta Oxoniam & eiusdem loci conuentum ordinis Cisterciensis ex altera,

[1] This is printed in *Oseney Cartulary* II, 499.

uidelicet quod [cum][1] predicti abbas & conuentus Oseneye *fol.* 19*r.*
& predecessores sui decimas annuatim percipere & habere (*cont.*)
solebant in prato quod uocatur le Mor & in prato quod
uocatur Swerham iacente iuxta le Mor, & de terra illa *fol.* 19*v.*
arabili & capitibus suis que terra uocatur le Croft, & de tota illa placea que uocatur Snowdon & de omnibus astris seu tenementis que dicti abbas & conuentus de Regali Loco sibi imperpetuum adquesiuerunt (*sic*) post primam composicionem inter dicta monasteria super rebus aliis factam usque ad diem predictum anno supradicto, idem abbas Oseneye & eiusdem loci conuentus concesserunt, remiserunt ac omnino pro se & successoribus suis quietum clamauerunt predictis abbati & conuentui de Regali Loco & successoribus suis totum ius & clameum quod habuerunt uel habere potuerunt in predictis decimis de pratis, terris, astris & tenementis supradictis, uidelicet a fossato quod dicitur Corndiche iuxta barram ex parte occidentali uie, que ducit a dicta barra, usque ad clausum dicte abbatie de Regali Loco, & a predicto clauso usque ad gurgitem dicti abbatis Oseneye, que vocatur le lok', sicut bunde & mete dictorum abbatis & conuentus de Regali Loco plenius proportant & docent, [&][1] a predicto gurgite usque ad uadum iuxta pontem qui uocatur Quakyngbrugge, & a predicto uado ex parte boriali uie, que ducit usque ad predictam barram. Remiserunt etiam dicti abbas & conuentus Oseneye, ac pro se & successoribus suis quietum clamauerunt dictis abbati & conuentui de Regali Loco totum ius & clameum quod habuerunt uel habere poterunt in communa seu communis[2] infra clausum predictum ; ita quod nec dicti abbas & conuentus Oseneye seu successores eorum aliquod iuris vel clamei in predictis decimis & communa de predictis terris, astris seu tenementis infra predictas bundas contentis de cetero exigere seu uendicare poterunt imperpetuum. Conuenit etiam quod predicti abbas & monachi de Regali Loco uel aliqui[3] eorum nomine in eadem clausura uel circa eandem nichil omnino faciant vel aliquid fieri quoquomodo procurent, per quod cursus aque a predicto gurgite ad molendina abbatis & conuentus Oseneye currentis tollatur,

[1] not in *MS.*
[2] comunis, *MS.*
[3] qui, *MS.*

fol. 19*v*. (*cont.*) subtrahatur, artetur uel minuatur, seu quouis uel alio modo, opere uel artificio impediatur, dampnum seu nocumentum ob clausuram predictam qualitercunque generetur. Pro hac autem concessione, remissione, & quieta clamatione dederunt pre manibus predicti abbas & conuentus de Regali Loco abbati & conuentui de Oseneye quadraginta marcas sterlingorum. In cuius rei testimonium sigillum commune utriusque partis alternatim huic scripto in modum cirographi confecto est appositum. Datum & actum apud Oseneyam die & anno supradictis.

[MORTON.]

41.

Carte de Mortune.
[Geoffrey son of Osmund grants land in return for a corrody.]

fol. 20*r*. *before* Feb. 1152.[1]

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis tam modernis quam futuris quod ego Galfridus filius Osmundi de Mortune concessu & assensu heredum meorum dedi & concessi in perpetuam elemosinam ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo famulantibus unam hidam & dimidiam terre mee de Mortune, solutam & quietam & liberam ab omnibus que ad me & heredes meos pertinent, in terra arabili & prato & pasturis & curtilagiis & croftis. Preterea dedi eis quinque acras prati in Hulmede & pratum quod uocatur Ailrikesmore. Et hec omnia feci pro anima patris & matris mee & pro salute mea heredumque & amicorum meorum. Sciendum uero quod singulis annis michi dabunt pro recognitione ad uictum uidelicet meum vi summas frumenti diuersis terminis & oportunis antequam annus transeat, donec uel habitum monachi accipiam, uel uite mee terminus adueniat. Ad uestitum quoque xxvi*d*. in festiuitate sancti Michaelis & caligas & sotulares semel in anno. Uaccam etiam quandam cum uitulo michi custodient. Postquam uero monachi habitum suscepero uel obiero, nichil heredibus meis dabunt, nisi tantum habitum conuersi si petierint. Donationis huius testes sunt, magister Rogerus Kersingt[one], Petrus clericus de Thama, Robertus Cheuachesul, Osbertus filius Thuri, Walterus de sancta fide, Nigellus filius Petri, & alii.

42.

[The same Geoffrey grants Ailrikesmore.]

fol. 20. 1148–1152.

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Gaufridus de Mortune dedi & concessi in perpetuam elemosinam Serloni abbati

[1] See No. 48.

fol. 20 (*cont.*) de Thama & monachis ibidem deo seruientibus quoddam pratum quod uocatur Ailrikesmor, omnibus heredibus meis concedentibus & assensum prebentibus. His testibus, Peuerel presbitero, Petro clerico, Willelmo filio Thuri, Brumann[o] coco, Osberto de Cheleswrd', Ricardo filio Hugonis & Gileberto fratre eius & aliis.

43.

fol. 20*r*. *c.* 1152. [William son of Geoffrey confirms No. 41.]

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam modernis quam futuris quod ego Willelmus filius Gaufridi de Mortune concessu & assensu Walteri fratris mei & heredum meorum concedo & hac mea carta confirmo & ratam facio cartam & donationem G. patris mei quam ipse fecit deo & ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo famulantibus in perpetuam elemosinam, scilicet unam hidam & dimidiam terre quam predictus *fol.* 20*v*. pater meus G. | illis dedit in Mortune in terra arabili & pratis & pasturis & croftis & curtilagiis; et preterea pratum quod uocatur Ailrikesmor & quinque acras prati en le Hulmede; solutam & quietam & liberam ab omnibus que ad me & ad heredes meos pertinent. Et hoc feci pro anima ipsius & pro anima matris mee & omnium predecessorum meorum pro salute mea & uxoris mee & heredum meorum & ut me cum cordi fuerit in conuersum recipiant. His testibus, Thoma sacerdote, Petro clerico, & aliis qui in precedentibus.

44.

c. 1160. [Walter de Bikestrop confirms the grant of his uncle, Galfridus.]

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam modernis quam futuris quod ego Walterus de Bikestrop concessu & assensu heredum meorum concedo & hac mea carta confirmo & ratam facio cartam & donationem Gaufridi auunculi mei quam ipse fecit deo & ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo famulantibus in perpetuam elemosinam, scilicet unam hidam [&c. as in the last] pertinent, sicut carta supradicti

Gaufridi testatur preter seruitium regis. Et hoc feci pro anima patris & matris mee & pro salute mea heredumque & amicorum meorum. Sciendum uero quod supradicti monachi michi & heredibus meis intuitu caritatis viii marcas dederunt. *fol.* 20*v.* (*cont.*)

45.

[Hugh de Braimuster confirms the gift of Galfridus.] *c.* 1150.

Notum sit uniuersis sancte matris [ecclesie] filiis tam modernis quam futuris quod ego Hugo de Braimust' concessu & assensu Petronille uxoris mee & Odonis filii & aliorum heredum meorum confirmaui in perpetuam elemosinam ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus unam hydam terre & dimidiam in Mortune quam Galfridus filius Osmundi homo meus illis dedit de hereditate sua, solutam, quietam & liberam quemadmodum supradictus G. illis dedit, ut carta eius testatur. Preterea confirmaui eis v acras prati in Hulmede & pratum quod uocatur Ailrikesmor. Testibus, Roberto de Stanford, Roberto Constentin, Oein filio Restwald, Galfrido de Bealchamp, Geroldo de Braimust', Alwino de Ettend*on*, Nicholao filio Oein, Rogero filio Roberti de Stanford, Iohanne de Cliftune, Iacobo fratre eius, Edmundo de Wivelesford[1].

46.

[Hugh the Constable confirms the gift of Galfridus, but part of it is his own gift.] *fol.* 21*r.* *c.* 1150.

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Hugo, Lincolniensis episcopi constabularius, consilio & concessu & uoluntate Adelize uxoris mee & heredum nostrorum dedi & concessi in elemosinam in perpetuum deo & sancte Marie & abbati & conuentui de Thama illam dimidiam hydam terre quam Gaufridus de Mortun nobis pro releuatione terre sue donauit, in pratis & pasturis & rebus omnibus aliis predicte dimidie hyde pertinentibus. Preterea con-

[1] No. 62 shows that Hugh de Braimuster and Hugh the Constable married sisters, Petronilla and Alice, the heirs of Fulco de Fontibus.

fol. 21*r.* (*cont.*) cedimus eis unam hidam quam predictus G. dedit eis de terra sua de Mortun cum omnibus eidem hyde adiacentibus, in pratis uidelicet & pasturis ; hac uidelicet conditione ut ego & heredes nostri seruitium inde non amittamus. Hoc iterum uobis notum facimus quod concedimus eis aqueductum per terram nostram de Ettendune quem fecerunt & eciam illam terram quam riuulus in orientali parte ipsius conductus excludit, sic tamen ut ipsi de illa cultura que proxima uille nostre adiacet restituent nobis illam terram per quam aqua decurrit. Hoc enim totum fecimus pro salute animarum nostrarum & predecessorum nostrorum & recognitione x solidorum quos nobis caritatiue largiti sunt. Et ut hoc ratum sit nec aliqua temporum uicissitudine siue rerum permutatione aut posterum successione soluatur, sigilli nostri impressione confirmamus. Testibus, Ricardo sacerdote de Thama, Petro clerico, Ogero de Buggem' & aliis.

47.

1151–1156. [The bishop of Lincoln confirms an exchange in Morton].

Robertus dei gracia Lincolniensis episcopus, omnibus sancte matris ecclesie fidelibus salutem. Uniuersitati uestre notum esse uolumus, nos ratam habere escambionem factam inter dilectos filios nostros monachos de Parco & homines nostros de Mortune, scilicet de terra illa quam Gaufridus de Mortune fratribus de Parco dedit & concessit in perpetuum, assensu & consensu Hugonis constabularii & domine Adeled[is] uxoris sue, ad quam illius terre spectat hereditas. Hanc itaque escambionem confirmamus & presentis sigilli nostri attestacione communimus. Testibus, Rogero[1] precentore Lincolniensi, magistro Hamone cancellario, Radulfo de Monem[ue], Roberto de Mideltone, Willelmo filio Thori, Osberto fratre eius & aliis.

[1] Roger de Almary the Precentor of Lincoln, who in Le Neve is incorrectly called Roger de Derby, was in possession of this office by the beginning of 1147 and after Sept. 1152, but Le Neve asserts that he had ceased to hold it in 1156. In a deed of about 1151 [*Godstow Cart.* E.E.T.S. I, 342] Hamo is not yet chancellor.

48. *fol.* 21*r.* (*cont.*) June 1151 to Feb. 1152.

[The bishop of Lincoln confirms the charter of Hugh the Constable.]

Robertus dei gracia Lincolniensis episcopus uniuersis sancte matris ecclesie filiis salutem. Ea que dei fideles rationabilibus modis in diocesi nostra possint adipisci dignum est a nobis protegi & episcopali auctoritate confirmari. Eapropter ecclesie sancte Marie de Parco Tham[e] & abbati & fratribus & monachis ibidem in dei seruitio degentibus | tam presentibus quam futuris con- *fol.* 21*v.* cedimus & confirmamus & nostri impressione sigilli communimus donationem quam Hugo Alexandri bone memorie Lincolniensis episcopi constabularius eis fecit de dimidia hida terre in Mortone assensu Adelid[is] uxoris sue & heredum suorum, quam uidelicet dimidiam hidam dederat prefato Hugoni & uxori sue Gaufridus de Mortone cum pratis & pasturis & rebus omnibus ad eandem pertinentibus pro releuatione terre sue, sicut carta eiusdem Hugonis testatur. Preterea concedimus & confirmamus eisdem fratribus unam hidam terre quam dedit eis in Mortone Gaufridus de Mortone, cum prato quod uocatur Ailrikesmor. Totum autem seruitium nostrum quod ad nos pertinebat de hac predicta hida & dimidia, imperpetuum prenominate ecclesie sancte Marie de Parco & fratribus presentibus & in posterum futuris pro salute anime nostre & predecessorum nostrorum condonamus. Testibus,[1] magistro Gaufrido electo sancti Asaph, Hugone Lerecestrie archidiacono, Roberto Oxon' archidiacono, Roberto Cadom', Ricardo Dameri, Radulfo Monemumensi, canonicis.

49.

[William son of Geoffrey restores land to Thame abbey.] *c.* 1180.

Notum sit omnibus quod ego Willelmus filius Gaufridi de Mortune reddidi monachis de Thama ad mandatum

[1] This deed must be before Feb. 24, 1152 when Geoffrey of Monmouth was consecrated bishop of St. Asaph. Robert Foliot became archdeacon of Oxford, in succession to Walter the archdeacon, about May or June 1151.

fol. 21*v.* (*cont.*) domini regis per breue suum pro tribus masagiis que clamabant deesse ad tenementum suum quod tenent de patre meo & de me in Mortune medietatem curtis mee & masagium Liuie sororis mee & medietatem de la Garscrofte. Postea assensu uxoris mee Eue & heredum meorum uendidi eis vi acras scilicet unam magnam acram in Wowefurlang & quatuor acras in Cherchefurlang & unam acram in Stanidelfurlang, proximam fonti preter unam uersus Mortune pro quindecim solidis & viii denariis & una iuuenca ualente vi solidos & uno pallio ualente iiii solidos, liberas & quietas ab omni seruitio & exactione seculari preter domini regis seruitium quantum pertinet ad vi acras, & tres denarios annuatim reddendos michi & heredibus meis ad festum sancti Michaelis. Testibus, Roberto de Stanford, Thoma de Tademartune, Rogero de Bikestrop', Willelmo Forestario, Rogero filio Reg*inaldi* & aliis.

50.

c. 1180. [William son of Geoffrey restores land to Thame abbey.]

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Willelmus filius Gaufridi de Mortune reddo & liberam & quietam in integrum restituo & attestacione sigilli mei confirmo deo & sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus partem meam prati illius quod uocatur Hokedemed. Hoc autem facio quia eandem partem me huc usque predictis monachis iniuste detinuisse recognosco. Et quia prefata pars predicti prati ad *fol.* 22*r.* illorum terram pertinet, pro liberatione anime mee | & patris mei & ceterorum amicorum meorum hanc restitutionem illis facio, & hoc assensu uxoris mee Eue & filii mei Petri & fratris mei Walteri & aliorum heredum meorum. Illud etiam sciendum quod predicti monachi intuitu caritatis & pro supradicta cognitione & restitutione dederunt michi caritatem domus sue, scilicet marcam unam argenti & abbas dedit uxori mee Eue uaccam unam. Testibus, Simone presbitero de Eia,[1] Willelmo presbitero de Witefeld, Waltero de Vernun,

[1] Towersey.

Roberto Cheuauchesul, Osberto de Thama, Adam de Cennore, Waltero filio Osberti de Thama, Ranulfo de Pudelicote. *fol.* 22*r*. (*cont.*)

51.

[Ralf son of Roger grants to the abbey half a hide in Morton, the property of his wife.] *c.* 1180.

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Radulfus filius Rogeri & sponsa mea Adeliza & Robertus heres noster ceterique heredes nostri donauimus & concessimus in perpetuam elemosinam ecclesie sancte Marie de Thama [&c.] dimidiam hydam de eiusdem sponse mee matrimonio in Mortune, cuius crofta iacet inter Childemannecroft & Northfurlange in parte aquilonis cum omnibus eidem dimidie hyde pertinentibus in ortis, in terra arabili, in pratis & in pascuis, solutam & quietam & liberam ab omni seculari seruitio & exactione quantum ad nos & ad heredes nostros pertinet. Et hoc fecimus pro salute nostra omniumque parentum, heredum, amicorum & predecessorum nostrorum. Testibus, Willelmo presbitero, Roberto de Witefeld, Henrico & Willelmo fratribus eius, Waltero le Thus & multis aliis.

52.

[Walter de Bikestrop makes an exchange with the monks.] *c.* 1190.

Sciant presentes & futuri quod ego Walterus de Bikestrop reddidi monachis de Thama pro tribus masagiis & quatuor acris terre que clamabant deesse sibi ad tenementum suum quod tenent de me in Mortune tale escambium ; pro tribus masagiis tres acras insimul cum prato iuxta le Hocmede, & pro una acra quam Walterus tenuit aliam acram apud pratum de Ettendune proximam dominico monachorum de Horsend' & pro una acra & dimidia in prato sub Mortune unam acram in Hulmede & unam acram & dimidiam in Hemecroft, saluo toto tenemento monachorum quod prius tenuerunt de me in Mortune. Si autem hoc escambium eis warantizare non potuero, ego aliud escambium eis ad ualenciam dabo. Et ut hoc factum firmum sit & stabile, presenti carta mea

fol. 22*r.* (*cont.*) confirmaui. Dederunt autem michi predicti monachi propter hoc duos solidos & heredi meo xii denarios. His testibus, Alexandro clerico de Midelt', Adam clerico de Cennore, Roberto de Stanford, Iohanne de Turre, Ricardo de Horsend', Hugone de Braimust', Iohanne filio Walteri de Bikestrop, Rogero de Bikestrop & aliis.

53.

fol. 22*v.* *c.* 1200. [Roger de Bikestrop grants a virgate in Morton.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Rogerus de Bikestrop assensu domini mei Walteri de Bikestrop consensu etiam filiorum meorum omnium dedi [&c.] pro salute anime mee & filiorum meorum ecclesie beate Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus in puram et perpetuam elemosinam unam uirgatam terre in Mortune, illam scilicet quam Radulfus Franceis de me tenuit cum omnibus pert. & libertatibus suis, tenendam in perpetuum bene & in pace, libere & honorifice, plene & integre in terra arabili, in pratis & pasturis, in uiis et semitis in aquis & in omnibus aliis aisiamentis, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ad Pentecosten ii denarios pro omni servitio & exactione seculari, salvo seruitio regali quantum pertinet ad unam uirgatam terre de feudo de Ettend*one*. Pro masagio autem & curtilagio dedi eisdem monachis totam croftam quam habui ad cap*ud* de la Hocemede & duas acras terre in campis scilicet dimidiam acram in Cleitefurlang & aliam dimidiam in Morhambenlond & dimidiam acram sub Horsend' & aliam dimidiam uersus Ettend*one* in qua spina stetit. Hanc terram totam ego & heredes mei predictis monachis guarantizare debemus. Hiis testibus, Ricardo Talemasche, Waltero de Bikestrop, Herberto Quatremains, Iohanne de Bikestrop, Matheo & Milone de Bikestrop, Roberto Marescallo, Rogero filio Thurberti & aliis.

54.

c. 1200. [Joan daughter of Osbert sells a virgate to the abbey.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod Iohanna filia Osberti militis de Thama pro salute anime mee & paren-

tum meorum dedi [&c.] deo & monachis de Thama in puram & perpetuam elemosinam terciam partem virgate terre mee in Mortone quam pater meus michi dedit & Walterus frater meus michi confirmauit, scilicet quam Ricardus Notte de me tenuit; reliquas uero duas partes eiusdem uirgate cum mesagio & crofto & omnibus aliis pertinentiis in terra arabili in pratis & pasturis, in uiis & semitis, in communis & omnibus aliis libertatibus & aisiamentis sine aliquo retinemento dictis monachis ad finalem firmam dimisi, tenendas de me & heredibus meis in perpetuum bene & in pace, integre & honorifice, libere & quiete, reddendo annuatim domino meo unam libram cimini ad Natale domini & michi & heredibus meis vid. ad eundem terminum pro omni seruitio & exaccione seculari, saluo seruitio regis. Pro hac autem donatione & confirmatione dederunt michi prenominati monachi in gersum vi marcas argenti & fratri meo & heredi Ranulfo vii solidos & vi denarios quia assensum prebuit. Quare ego & heredes mei predictam terram eis warantizare debemus. Testibus multis. *fol.* 22*v.* (*cont.*)

55.

[Ralf de Bikestrop confirms the gift of Roger his father.] *fol.* 23*r.* *c.* 1205.

Sciant[1] tam presentes quam futuri quod ego Radulfus de Bikestrop intuitu caritatis concessi & hac presenti carta mea confirmaui monachis ecclesie sancte Marie de Thama totam donationem quam Rogerus de Bikestrop pater meus illis dedit, scilicet unam virgatam terre in Mortune cum omnibus pert. suis, scilicet illam quam Radulfus le Franceis tenuit, habendam & tenendam in perpetuum, libere & quiete, bene & in pace, honorifice & integre, reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ii denarios ad Pentecosten pro omni genere seruitii, saluo regali seruitio quantum pertinet ad unam virgatam terre de feudo de Ettendune. Pro masagio autem & curtilagio habebunt predicti monachi totam croftam quam pater meus habuit ad capud de la Hokedemed & duas acras in campis, scilicet dimidiam acram in Cletefurlong & aliam dimidiam in Morhenbenlond & dimidiam acram sub

[1] This is in the second hand.

fol. 23*r*. (*cont.*) Horsendune & aliam dimidiam acram uersus Ettendune in qua spina stetit. Hanc autem terram totam ego & heredes mei [&c. warranty]. Testibus, Ricardo le Thus, Herberto Quatremains, Henrico de Bikestrope, Willelmo & Nicholao fratribus suis, Roberto Marescallo, Rogero filio Thurberni.

56.

c. 1205. [Ralf de Bikestrop restores land to the monks.]

Sciant presentes & futuri quod ego Radulfus de Bikestrop recognoui & reddidi & hac mea presenti carta confirmaui deo & beate Marie & monachis de Tama totam terram quam habui in longum de Fulibroc scilicet inter croftas eorundem monachorum & Fulibroc, que terra pertinet ad illam virgatam terre quam pater meus eisdem monachis dedit & quam ego eis confirmaui & defuit eis antea ad complementum predicte virgate. Hanc predictam terram totam quietam clamaui & reddidi predictis monachis sicut ius suum quod pater meus eis iniuste detinuerat & ego post eum; tenendam in perpetuum simul cum predicta virgata ad quam pertinet libere & quiete ab omni genere seruitii & ab omnibus que de terra exigi possunt. Et hoc feci pro salute mea & patris mei & parentum meorum & pro xv solidis quos predicti monachi michi dederunt in magna necessitate mea. Et ego [&c. warranty]. Testibus qui supra & Petro Talem*asch*, Ricardo de Turri, Iohanne de Oylli, Henrico de West*one*, Hugone de Chiselhantone, Adam de West*one* & Rogero le Franc & aliis.

57.

1252–9. [The abbot of Thame makes an exchange with Robert Beck.]

Sciant presentes & futuri quod nos frater Rogerus dictus abbas de Thama & eiusdem loci conuentus dedimus [&c.] Roberto Beck' de Stoketalemache[1] pro homagio & seruitio suo duas acras terre arabilis, quarum una dimidia acra iacet in cultura que uocatur Westecote inter

[1] This seems to be about Stoketalmage and is out of place.

terram Laurencii de Sandwyco & terram Roberti de Stoke, & alia dimidia iacet in eadem cultura inter terram Roberti de Stoke ex utraque parte, et una dimidia acra iacet in cultura que uocatur Suntendone inter terram Roberti de Stoke & terram predicti abbatis, & una dimidia acra iacet in [eadem] cultura inter terram Laurencii ex utraque parte ; habendas & tenendas sibi & heredibus suis de nobis & successoribus nostris libere, quiete, bene & in pace, de omni seruitio, consuetudine & demanda, salvo seruitio domini regis. Et nos [&c. warranty]. Pro hac autem donatione [&c.] dedit nobis predictus Robertus unum mesuagium quod de nobis in eadem villa tenuit cum una dimidia acra que iacet in Logmede cum pert. suis in escambium pro predictis. In huius rei [&c. sealing], hiis testibus, domino Elya de Wytefeud, G. de Molesham, Ricardo de Stonore, Iohanne de Cleyore, Roberto de Stoke, Rogero Coleman & aliis. *fol.* 23*r.* (*cont.*)

58.

[The abbot grants two acres in Tetsworth to Robert Danvers.] 1252–9.

Sciant [&c.] quod nos frater Rogerus dictus abbas de Thama & eiusdem loci conuentus remisimus & quietum clamauimus pro nobis & successoribus nostris Roberto Danuers, heredibus & assignatis suis totum [ius] & clamium quod habuimus in duabus acris terre in uilla de Tettesworth cum pert. quas Henricus de Kenesworthe & Sara uxor eius per cartam suam quondam nobis contulerunt ; ita quod nec nos nec aliquis successorum nostrorum in predictis duabus acris terre cum pert. suis aliquid iuris vel clamii de cetero exigere poterimus vel habere. In cuius [&c. sealing], hiis testibus, domino Henrico de Bruli, domino E. de Wytefeud militibus, Petro de la Pole, N. Buffard, H. clerico, R. Danuers, H. Pyron & aliis.

59.

[John le Franc grants 20 acres in Morton.] *fol.* 23*v.* *c.* 1250.

Sciant [&c.] quod ego Iohannes de [*sic*] Franc de Mortone dedi [&c.] deo & beate Marie & monachis de

fol. 23*v*. (*cont.*) Thama in liberam, puram & perpetuam elemosinam unam virgatam terre, scilicet viginti acras terre arabilis & unam acram prati quas ipsi eligerunt de tribus virgatis terre quas habui & tenui in villa de Mortone. Predicte viginti acre terre arabilis iacent per campos in hiis locis, scilicet in Northcroft una acra [iuxta] Hethetforlong, due acre scilicet ille que iacent propius Thame super Woweforlong iuxta Cherchforlong, due acre super eandem culturam que appellatur Woweforlong, dimidia acra que appellatur forlietere [*sic*] super eandem culturam scilicet Woweforlong, dimidia acra que iacet iuxta dimidiam acram Willelmi de Chelendune iuxta pasturam, in Standelflake se extendunt tres acre scilicet medie super Standell, dimidia acra in Selewiswelle, se extendunt dimidia acra super Wethulle, dimidia acra super Morhamforlong, dimidia acra contra Lepersdune, due acre super Lepresdone in parte australi, una acra super Hotlonde iuxta terram Willelmi de Chelendune in parte occidentali, una acra super Crowehulle, una acra que propior est la More contra Godwinesthorne, se extendit dimidia acra contra Udewei, se extendit dimidia acra super Cotstowe, dimidia acra super Peleforlong, dimidia acra contra Horsedune, una acra in & Northcroft una pertica.[1] Et ego [&c. warranty], saluo tantum regali seruitio. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, Matheo de Bikestrop, Fulcone de Ruicot, Ricardo Pirun, Helya de Wytefelde, Waltero de Burg' tunc serviente de Thama, Hugone Longe de Stokes, Ricardo Pede, Nicholas de Bikestrop & multis aliis.

[*fol.* 24*r* is blank.]

[1] There must be some error in this last clause; to make 20 acres we required a half acre not a perch. Some words must be missing after "in."

[ATTENDON.]

60.

Carte de Attendune. *fol.* 24*v.* *c* 1160–1180.

[Hugh de Braimuster divides his land between his sons Hugh and Odo.]

Hugo de Braimust' senior diuidit terram suam inter filios suos. Hanc reddidit nobis Odo de Braimust' cum terra de Attendune.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Hugo de Braimust', quando profectus fui Ierusalem, Hugoni filio meo medietatem terre mee de Anglia ubicunque sit & feudum Roberti de sancto Claro que [*sic*] est in Braimust' & xx acras de feudo Augi & tres curticulos de eodem feodo, & curticulum Oini donaui. Et si feudus [*sic*] Augi non sufficiat ad perficiendas xx acras terre, Odo filius meus competenter ei in Braimust' supplebit. Et si Hugo filius meus post decessum meum huic paccioni adquiescere noluerit, Odo filius meus ad rectam terre mee portionem iuxta curie iudicium sine causa eum remeare permittet, & de prima pactione erit Hugo in possessione donec curia considerauerit quam partem terre Hugo debeat habere. Hanc pactionem uterque eorum sacramento confirmauit, & ego ex parte mea sigillo meo hoc confirmo. Testibus, Ricardo de Meireual, Racio fratre eius, Huberto de Breimust', Petro filio Hugonis de Masci, W. de Fauc' & aliis.

61.

[Herevicus de Fontibus obtains a lease of Attendon from Hugh de Braimuster.] 1158.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Hereuicus de Fontibus feci heredem Hugonem de Braimust' & Petronillam uxorem eius sororem meam & pueros eorum de tota terra mea quam teneo & quam adquisiero, nisi heredem habuero de muliere desponsata. Et pro hoc concessu tribuit michi predictus Hugo terram suam de Attendune pro tribus marcis annuatim usque ad sex

fol. 24*v*. (*cont.*) annos. Et post sex annos debui ego crescere redditum predicte terre Hug[onis] secundum legale presium,[1] quod pater ipsius Hugonis & Amfridus Buteturte eidem terre imponerent, sicut Hugo michi eam tribuit sine instauramento. Et hec conuentio facta fuit anno quarto postquam rex Henricus filius Matildis imperatricis primo coronatus fuit. Testibus, Pagano de He[m]ming', Amfrido Buteturte, Reginaldo Chiue & aliis.

62.

c. 1160–1180. [An agreement between Hugo de Braimuster and Alice widow of Hugh the Constable.]

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod Hugo Constabularius & Alicia uxor eius & Hugo de Braimust' & Petronilla uxor sua partiti sunt terram Fulconis de Fontibus patris predictarum feminarum hoc modo quod uilla de Blaweston cessit in partem Hugonis Constabularii & uxoris sue, uilla uero de Attendune contigit Hugoni de Braimust' & sue uxori ; et quoniam uilla de Attendune non tanti precii erat quanti uilla de Blawestone statutum est inter eos ut quantum predicto Hugoni de Braimust' in sua porcione minus esset, tantum ei in uilla de Blawestone adimpleatur.[2] Hanc particionem ita tenendam fide data firmauit Hugo Constabularius & Hugo Bardulfus ex sua parte & Hugo de Braimuster & Amfridus Buteturte ex sua parte. Decurso uero longo tempore orta est controuersia inter predictam Aliciam & Hugonem de Braimuster super uillam de Attendune, & diu inter eos uentilata, que tandem hoc pacto quieuit. Fecerunt predicti talem inter se con-
fol. 25*r*. cordiam quod predictus Hugo | prefate Alicie xvi solidos singulis annis persoluet, videlicet viii sol. ad festum sancti Michaelis & viii sol. ad Pascha. Ex his xvi solidis singulis annis predicto modo reddendis assignavit predictus Hugo predictam Aliciam duobus hominibus suis de Attendune, Herewardo & Willelmo Albo, Herewardo de x solidis, Willelmo de vi solidis. Residuum uero redditus ipsorum duorum hominum erit predicti Hugonis. Hanc

[1] *sic.*
[2] adimplentur, *MS.*

concordiam fideliter erga ipsum Hugonem tenendam pollicita est Alicia & erga heredes Hugonis quamdiu ipsa uixerit. Et si aliquis eum super predicto tenemento uexare presumpserit, ipsa in omnibus ei patrocinabitur & secum in necessitatibus suis aderit. Et ne ista conuentio possit aliquando duci in irritum, fide data ex utraque parte confirmata est. Facta est autem hec conuentio coram comitatu Oxon'; testibus Roberto Cheuauchesul, Fulcone fil' Roberti, Waltero de Bikestrope, Milone filio eius, Audoenus fil' Restwaldi, Rob' de Stanford, Sim' Hokedei, Will' de Fauc, Rob' fil' Godwini & aliis. *fol.* 25*r.* (*cont.*)

63.

[Henry de Coleville confirms the grant of Odo.] *c.* 1210.

Notum sit omnibus [&c.] quod ego Henricus de Coleville concessi & presenti carta mea confirmaui monachis de Tama totam illam medietatem uille de Attendune quam ipsi monachi prius tenuerunt de Odone de Braymuster, tam in dominico quam in uillenagio cum curte [*sic*] & capitali mesagio & cum omnibus aliis pertinenciis in terra arabili, in pratis & pasturis, in redditibus & in hominibus & in omnibus aliis rebus & locis & libertatibus & aisiamentis ad predictam terram pertinentibus; tenendam de me & de heredibus meis libere & quiete eodem modo & per idem seruicium per quod prius tenuerunt de predicto Odone de Braymuster, scilicet per tres marcas argenti annuatim michi & heredibus meis reddendas ad duos terminos, scilicet ad festum sancte Marie in Marcio xx solidos & ad festum sancti Michaelis xx solidos pro omni genere seruitii & omni exaccione seculari, saluo forensi seruitio quantum pertinet ad quartam partem unius militis. Hanc autem prenominatam terram ego & heredes mei predictis monachis per prescriptum seruicium contra omnes homines & omnes feminas warantizabimus quamdiu nos ipsi eam tenere poterimus. Testibus, magistro Rogero Lincoln*iensi*, Willelmo de Cornhulle archidiacono de Huntendone,[1] magistro Gerardo de Rowelle, Hugone de Gurnay, magistro Steffano Croc, magistro Adam de Cennor, Ingelramo

[1] 1205–1214.

fol. 25*r*. (*cont.*) persona de Merstone, Gaufrido de sancto Mauro, Waltero Bonquer, Gileberto de Cumba & multis aliis.[1]

64.

fol. 25*v*. Nov. 11, 1192.

[Odo de Braimuster grants to Thame the half of Attendon which Hugh his brother held.]

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Odo de Braimuster uoluntate & assensu Hugonis fratris mei & heredum meorum dedi & concessi & hac presenti carta mea confirmaui monachis de Thama terram meam de Ettendune, scilicet totam medietatem uille quam Hugo frater meus tenuit tam in dominico quam in uillenagio cum curte [*sic*] & gardino & omnibus pertinentiis in pratis, in pascuis, in redditibus, in hominibus & omnibus ad predictam terram pertinentibus, tenendam de me & heredibus meis imperpetuum, reddendo annuatim michi & heredibus meis quadraginta solidos ad festum sancti Michaelis pro omnibus seruitiis, que ad me & ad heredes meos pertinent, saluo forensi seruitio. Et pro hac concessione dederunt michi predicti monachi xi marcas argenti. Hanc autem terram ego & heredes mei predictis monachis imperpetuum guarantizare debemus. Hec uero concessio facta est anno quarto regni regis Ricardi ad festum sancti Martini. His testibus, Galfrido de Lamar[e], Hugone de Hag', Roberto de Stanforde, Iohanne de Turre, Waltero de Bikestrop, Adam de Cennor & aliis.

65.

c. 1180–1190.

[John de Turre grants a rent to the abbey.]

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Iohannes de Turre consensu heredum meorum dedi [&c.] pro salute anime mee & patris mei & matris mee & uxoris mee & filiorum meorum & parentum meorum in puram & perpetuam elemosinam deo & sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus duas solidatas terre in Ettendune, scilicet terram quam Ricardus Clericus tenuit pro xx denariis de me & iiii denarios quos Henricus debuit de tenemento suo, et preterea dimidiam acram que

[1] This deed is in the second hand.

michi debebatur ad suplementum tenementi mei in Ettendune. Hanc terram ego & heredes mei warantizabimus, & si eis warantizare non possumus dabimus eis duos solidos de tenemento Reginaldi de Seuemere in Bledelawe. His testibus, Alexandro de Mideltone, Adam de Cennor, Roberto de Turre, Iocelino de Heidune, Waltero Fabro de Mideltone, Nicholao de Turre et aliis. *fol. 25v. (cont.)*

66.

[Odo de Braimuster confirms the gift.] *c.* 1180–1190.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Odo de Braimuster concessi & hac presenti carta mea confirmaui donationem illam quam Iohannes de Turre fecit monachis de Thama, scilicet terram quam Ricardus Clericus tenuit pro xx denariis de eo in Ettendune & quatuor denarios quos Henricus debuit & preterea dimidiam acram, sicut carta dicti Iohannis testatur. His testibus, Osberto clerico, Adam clerico, Iohanne de Sonolt, Hugone filio Petri, Simone Constentin, Willelmo le Franceis.

67.

[Hugo de Braimuster confirms to Thame the land given by Odo his brother.] *fol. 26r.* *c.* 1192.

Notum sit omnibus quod ego Hugo de Braimuster terram de Ettendune, scilicet medietatem uille quam tenui, fratri meo Odoni reddidi & quietam clamaui. Et concedo quod monachi de Thama teneant predictam terram de antedicto Odone in perpetuum reddendo ei singulis annis tres marcas argenti ad festum sancti Michaelis pro omnibus que ad eum pertinent, saluo forensi seruitio. Et ut [&c. sealing]. Et pro hac concessione antedicti monachi dederunt michi unam marcam argenti, his testibus, Hugone de Age, Galfrido de Lamar', Iohanne de Turre, Adam de Cennore, Olivero & Sauari de Age, Iohanne de Senolt, Simone de Costentin, Willelmo de Falc, Roberto de Turre, Gileberto de Mapeldurham, Waltero de Bikestrop & aliis.

68.

c. 1192. *fol.* 26*r.* (*cont.*) [Hugo de Braimuster tells the bishop of Lincoln that the monks of Thame now hold the land of Attendon.]

Reuerendo domino suo H. dei gracia Lincolniensi episcopo & balliuis suis Hugo de Braimuster salutem. Nouerit discretio vestra quod terra de Ettendune quam tenui Odoni fratri meo reddidi & quietam clamaui. Et concedo quod monachi de Thama teneant predictam terram de antedicto Odone in perpetuum, reddendo ei singulis annis tres marcas ad festum sancti Michaelis pro omnibus que ad eum pertinent, saluo forensi seruitio. Testibus, qui prius.

69.

1192–1200. [Odo de Braimuster remits to Thame part of their rent.]

Ego Odo de Braimuster notum facio uniuersis quod ego intuitu dei & pro salute anime mee & Aaliz uxoris mee necnon & antecessorum meorum sed & heredum & puerorum meorum dedi [&c.] deo & beate Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus in liberam & quietam & perpetuam elemosinam dimidiam marcam argenti de tribus marcis quas michi annuatim debebant de terra mea de Attendune. Pro hac autem donatione & elemosina susceperunt me & heredes meos in fratres. Quando autem de me & de Hugone filio meo humanitus contigerit & dies obitus nostri illis notus fuerit, anniuersarii obsequia pro animabus nostris annuatim perpetuo celebrabunt. Testibus qui prius.

70.

1192. [Odo de Braimuster tells the bishop of Lincoln that the monks of Thame will in future do his service.]

Karissimo domino suo Hugoni dei gracia Lincolniensi episcopo & eius senescallo, Odo de Braimust' salutem & seruicium. Quia in Normannia oportet me plus manere quam in Anglia, iccirco abbatem de Thama in loco meo constituo, qui uobis seruitium quod ad feudum meum pertinet pro me faciet & de hominibus, qui illud seruitium michi debent, accipiet. Valete.

71.

[Hugh de Braimuster gives an acre to the abbey.] *c.* 1190.

fol. 26*r.* (*cont.*)

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis quod ego Hugo de Braimuster do et concedo deo et sancte Marie & monachis de Thama in perpetuam elemosinam assensu & | permissione fratris mei & domini Odonis & consensu *fol.* 26*v.* heredum meorum unam acram terre mee in Cumba de terra de Attendune, que acra fonti adiacet proxima uersus terram predictorum monachorum solutam & quietam ab omni seruitio & adiutorio seculari, excepto quod dabunt michi duo calcaria unius denarii annuatim reddenda ad festum sancti Michaelis. Et hoc feci pro anima patris & matris mee & pro fratre meo Odone & pro me ipso ut orationibus eorum apud dominum adiuuemur. Et uolo ut eadem terra nominatim hospicio hospicii serviat prout frater Willelmus hospital*is* monachus & eius successores uoluerint. Testibus &c.

72.

[Odo de Braimuster grants a knight's fee to Henry de Coleville.] 1206–8.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Odo de Braimuster dedi [&c.] Henrico de Coleuille pro homagio & seruicio suo feodum unius militis in Etendune & in Mortone cum omnibus pertinenciis & libertatibus suis, in omnibus rebus & locis ; tenendum sibi & heredibus suis de me & heredibus meis, libere, solute & quiete ab omni seruitio & exaccione, reddendo nobis annuatim i bisantium uel duos solidos ad festum sancti Michaelis ad capitale mesagium de Etendune pro omnibus rebus que ad me & ad heredes meos pertinent saluo forinseco seruicio. Et sciendum quod antequam predictum Henricum de predicto feodo feffarem, monachi de Tama tenuerunt de me quartam partem predicti feodi in Etendune cum capitali mesagio & cum omnibus aliis pertinenciis suis, quam tenebunt amodo de predicto Henrico & heredibus suis eodem modo quo de me tenuerunt & per eandem firmam feodalem, scilicet per tres marcas argenti annuatim reddendas pro omnibus

fol. 26*v.* (*cont.*) rebus saluo forinseco seruicio. Pro hac autem donatione & concessione prefatus Henricus de Coleuille dedit michi xxxv marcas sterlingorum. Et ego [&c. warranty]. His testibus, domino Iocelino Bathoniensi episcopo, magistro Rogero Lincolniensi decano, Hugone Wellensi archidiacono,[1] Hugone de Gurnai, Gerardo de Camuille, Roberto Basset, Rogero Giffart, Ricardo de Turri & multis aliis.[2]

[1] Roger, dean of Lincoln, 1195–1223; Jocelin, bishop of Bath, 1206–1243; Hugh was archdeacon of Wells *c.* 1204–8.

[2] This is in the second hand.

[SIDENHAM.]

73.

Carte de Sideham. *fol. 27r.*
[Richard de Vernon grants two hides in Sidenham.] 1148–1184.

Notum sit omnibus [&c.] quod ego Ricardus de Vernun dedi & concessi in perpetuam elemosinam Serloni abbati & monachis abbatie sancte Marie de Thama duas hidas de terra mea de Sideham solutas & quietas ab omnibus que ad me & heredes meos pertinent, illas uidelicet que sunt magis uicine prato eorum de Parco in terra arabili & prato & pasturis, concedentibus & assensum prebentibus uxore mea Matilde & heredibus meis, pro salute animarum nostrarum & antecessorum nostrorum. Et preterea eodem tenore aquam Sideham supradicte eisdem dedimus & concessimus ut eam conducant per terram nostram usque ad ductum aque ipsorum. Hoc solum retinemus, si nimia estatis siccitas poposcerit, ut bis uel ter uel quantum necesse fuerit prata nostra irrigemus. Testes, Walterus de Bolebec, Hugo filius eius, Ricardus filius Nigelli, Walterus filius eius, Hugo de Hildesdune, Hugo de Far & multis aliis.[1]

74.

[Walter de Vernun makes an exchange in Sidenham]. 1185–6.

Sciant [&c.] quod ego Walterus de Vernun assensu uxoris mee Hubeline & heredum meorum pro amore dei & salute animarum nostrarum escambivi monachis de Thama de duabus hidis quas pater meus & mater mea eis ante me dederunt quater viginti acras & tres que iacebant in communi hominum meorum de Sideham, scilicet in Langelande sex acras & dimidiam sub mesagio Coleman Saluet, & in cultura que tendit ad pratum orientale xix acras, & in Redelande viii acras, & in Eswarfurlang xxiii acras, & in cultura que tendit ad Parcum xiii acras & dimidiam & iiii acras iuxta iunccetum, & in Aldefeld

[1] This is probably after 1164 when Walter de Bolebec succeeded his father Hugh [*Rot. de Dominabus*, p XLI].

fol. 27*r.* (*cont.*) quinque acras & dimidiam.[1] Et quia de eisdem duabus hidis habebant monachi quadraginta octo acras subtus grauam de Sideham, a superiori termino earum in ipsa diuisa que est inter terram meam & terram de Chalcford assignaui eis per perticam & lineam quadraginta perticatas, & in*de* per duas grauas usque ad ultra iunccetum quod est ad orientem ipsarum grauarum, ita ut in ipso iuncceto & in ipsis grauis habeant monachi liiii acras. A superiori parte iuncceti eorum uersus orientem assignaui eis ix acras proximas iuncceto in superiori cultura & in eadem decem uiciniores acras. Subtus uero istas decem & nouem acras assignaui eis x acras proximas fossato de Parco. Et ita totum illud escambium per se iacet diuisum preter duas acras, unam Iohannis & dimidiam ecclesie de Sideham & dimidiam Michaelis. Hoc autem *fol.* 27*v.* sciendum est quod xii | acras & dimidiam quas in hoc escambio ab eis recepi iterum eis reddidi in escambium, quia in culturis mixtim iacebant quas a me receperunt iuxta iunccetum eorum. Hac igitur presenti carta mea istud escambium cum predictis xlviii acris monachis de Thama confirmo & concedo & firmiter uolo ut stabile sit & firmum & liberum & quietum ab omnibus seruitiis & exactionibus que ad me & ad heredes meos pertinent. Confirmo etiam eis croftam que fuit Yuonis quia in escambium a monachis accepi, & pratum eisdem confirmo quod uocatur Cotmanemor, sicut pratum duarum hidarum. Hoc escambium factum est anno tricesimo secundo regni regis Henrici secundi, Willelmo de Forda tunc abbate. His testibus, Roberto de Witefeld, Gaufrido de Lamare, Adam de Cennor, Nigello de Lamare, Willelmo de Ybestone, Willelmo de Witefeld, Roberto de Bolebec, Willelmo le Sauuage, Galfrido Foliot, Willelmo capellano de Witefeld & multis aliis.

grove

fish

75.

1185–1200. [John son of Ralf grants land in Sidenham.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes filius Radulfi de Sideham confirmo & concedo in perpetuam elemosinam deo & sancte Marie & monachis de Thama

[1] This makes 79½ not 83.

duas acras in terra de Sydeham, quas pater meus Radulfus illis dedit cum corpore suo. Preterea ego Iohannes ex parte mea post mortem patris mei assensu omnium heredum meorum do illis & concedo in perpetuum, unam acram terre mee, que iacet inter terram illorum quam escambiauerunt de Waltero de Uernun extra grauam uersus abbatiam. Has predictas acras tenebunt de me & heredibus meis liberas & quietas ab omni seruitio & exactione & adiutorio seculari, excepto quod dabunt michi & heredibus meis duo calcaria unius denarii reddenda annuatim ad festum sancti Michaelis. Et sciendum quod hanc prenominatam terram do ad hospicium nominatim rogatu & interuentu fratris Willelmi hospitalis monachi. Testibus multis. *fol.* 27*v.* (*cont.*)

76.

[Michael Grimbald grants land in Sidenham.] *c.* 1190–1200.

Sciant presentes & futuri quod ego Michael Grimbald dedi & presenti carta mea confirmaui & dimisi monachis de Thama unam acram terre de terra mea de Sideham, cuius dimidia pars iacet inter acras predictorum monachorum in superiori cultura inter grauam & pratum de Sideham, altera dimidia proxima est acris predictorum monachorum in eadem cultura uersus pratum in puram & perpetuam elemosinam pro salute anime mee & uxoris mee & filiorum meorum & omnium parentum. Hanc autem acram [&c. warranty], his testibus, Iohanne de Saintpol & multis aliis.

[KINGSTON BLUNT.]

77.

fol. 28*r*. Sept. 28, 1274.

[The abbey grants to Guy de Crowell all its land in Kingston.]

Sciant &c. quod nos frater Ricardus abbas de Thama & eiusdem loci conuentus dedimus [&c.] Gwydoni de Crawelle falconario pro homagio & servitio suo totam terram & pratum cum mesuagio & graua & crofta clausa circumiacente quam habuimus in villa de Kingestone[1] cum omnibus suis pertinenciis sibi & heredibus suis; habend' & tenend' dicto Gwydoni & heredibus suis de nobis & successoribus nostris, libere, quiete, integre, hereditarie & in bona pace in perpetuum, reddendo inde annuatim nobis & successoribus nostris uiginti solidos argenti, viz: [Mar. 25 and Sept. 29] pro omnibus seruitiis & secularibus demandis [&c.] saluo seruitio domini regis quantum pertinet ad tantum tenementum in eadem villa. Et nos [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus domino Thoma de Braute & aliis. Data apud Crawelle die Ueneris in uigilia sancti Michaelis anno domini MCCLXX quarto.[2]

78.

July 6, 1274.

[An earlier grant to Guy de Crowell.]

Sciant &c. quod nos frater Ricardus abbas de Thama & eiusdem loci conuentus dedimus [&c.] Gwydoni de Crawelle falconario pro homagio & seruitio suo totam terram arabilem, pratum cum mesuagio quam habuimus tempore confectionis huius carte in uilla de Kyngestone cum omnibus suis pert., excepta graua & crofta clausa circumiacente, sibi & heredibus suis; habend' & tenend' dicto Gwydoni & heredibus suis de nobis & successoribus nostris libere, quiete, integre, hereditarie & in bona pace in perpetuum, reddendo inde annuatim nobis & successoribus nostris uiginti solidos scilicet [Mar. 25 and Sept. 29] pro omnibus secularibus demandis [&c.] saluo seruitio domini regis quantum pertinet ad tantum tenementum in eadem uilla. Et nos [&c. warranty]. Et ut [&c. sealing], hiis testibus, domino Thoma de Breaute, domino Alano de Estone & aliis. Dat' apud Crawelle die in octabis apostolorum Petri & Pauli anno domini MCCLXX quarto.

[1] The cartulary does not record any grant to the abbey of land in Kingston Blunt, next to Crowell.

[2] This and the next are in a late hand.

[BRIZE NORTON.]

79.

Carte de Nortune. *fol.* 28*v.*
[Robert de Sifrewast gives to Waverley abbey a hide in Norton.] 1130–7.

Robertus filius Radulfi de Sifregaste omnibus amicis suis & hominibus salutem. Sciatis omnes quod pro dei amore & salute animarum patrum & parentum meorum & pro remissione peccatorum meorum & salute filiorum meorum dono & concedo deo & ecclesie sancte Marie de Waverleia & monachis in ea degentibus in perpetuam elemosinam, unam hidam[1] terre quam habes in Oxenefordscire apud Nortune concessu filii mei. Et uolo & precipio illi Willelmo & omnibus successoribus eius quod predicti monachi eam libere & quiete ab omni terreno seruitio ad me pertinenti teneant, et ut in sempiternum hec donatio mea integra perduret. Testibus Hugone Barat, Willelmo filio meo, Radulfo presbitero, Willelmo nepote meo de Ioganuill', Roberto de Chalc, Radulfo de Inteario, Simone nepote meo, Radulfo de Chalc.

80.

[Waverley abbey grants to the monks of Otteley a hide in Norton.] 1137.

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Gilebertus abbas & omnis conuentus Wauerleie concessimus conuentui Otteleie hydam de Nortune nobis a Roberto de Siffrewaste in elemosinam datam. Quod ut ratum sit nullaque temporum uarietate vel posterorum successione uioletur sigilli nostri impressione confirmamus.

81.

[Rainburga quitclaims a virgate in Norton.] 1185–7

Sciant presentes & futuri quod ego Rainburga pro salute anime mee & antecessorum meorum & successorum

[1] This is probably the hide held in Domesday by Teodoricus, a servant of the king; in the *Hundred Rolls* Thame has two carucates in Brize Norton. In the *Valor Ecclesiasticus* II, 212 the abbey had a farm in Brize Norton worth £3 a year.

fol. 28*v*. (*cont.*) assensu & consilio Rogeri fratris mei recognoui & quietum clamaui & forisiuraui in pleno comitatu Oxon' totum ius meum in uirgata quam tenui in Nortune deo & ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus quam uirgatam totam cum pertinentiis suis predicti monachi clamabant tenere in dominico suo. Iuraui quoque quod nec ego nec heredes mei nec quisquam per nos querelam mouebimus aduersus predictos monachos de predicta uirgata vel pertinentiis eius. Et si quis querelam mouerit, ego legittimum posse meum adhibebo ad tuendum ius illorum. Et si eis warantizare non potero, escambium ad ualentiam eis dabo. Et quia sine placito & expensis predictam uirgatam predictis monachis recognoui & reddidi & confirmaui dederunt michi predicti monachi tres marcas argenti. Testibus, Willelmo Esturmi, qui tunc temporis fuit uicecomes sub Alano de Furnell[is], Iordano de Clintone, Roberto filio Radulfi, Roberto Dalmari, Hugone de Chaucumbe & aliis.

82.

1185–7. [Ralf de Bristol quitclaims a hide in Norton.]

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus de Bristollo pro salute anime mee & antecessorum & successorum meorum recognoui & quietum clamaui & forisiuraui in pleno comitatu Oxon' totum ius meum in hyda quam *fol.* 29*r*. tenui in | Nortune deo & ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus, quam hidam totam cum pertinentiis suis predicti monachi clamabant tenere in dominico suo. Iuraui quoque quod nec ego nec heredes mei nec quisquam per nos querelam mouebimus aduersus predictos monachos de predicta hida uel pertinentiis eius. Et si quis querelam mouerit, ego legittimum posse meum adhibebo ad tuendum ius illorum. Et quia sine placito & expensis predictis monachis recognoui & reddidi & confirmaui, dederunt michi predicti monachi xvi marcas argenti. Testibus, Willelmo de Chennei, Willelmo de Suuecurt, Roberto de Stanford, Willelmo filio Henrici, Hugone filio Willelmi, Nicholao de Leuechenor', Waltero de Bikestrop & his, qui in prima priori carta sunt.

83.

[Will. de Sifrewast confirms a hide to Ernaldus de Norton.] ? *c.* 1140.

fol. 29*r.* (*cont.*)

Omnibus hominibus suis francis & anglis clericis & laicis, Willelmus de Sifrewaste salutem. Sciatis me concessisse Ernaldo de Nortune & heredibus suis totam terram suam de Nortune cum omnibus eidem terre pertinentibus solutam & quietam & liberam, & quietam a scutagio & ab omni exactione que ad me & ad heredes meos pertinet. Testibus, Gileberto & Ioseph presbiteris, Helia de Chiues clerico, Sewale de Chuserug', Willelmo Turbert, Simone Punchun, Roberto Warchein & pluribus aliis.

84.

[Will. de Sifrewast confirms to Thame the hide of Ernald de Norton which had once been of Waverley abbey.] ? *c.* 1140.

Omnibus amicis & hominibus suis francis & anglis Willelmus de Sifrewast salutem. Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam donasse ecclesie sancte Marie de Thama & conuentui ibidem degenti terram Ernaldi de Nortune, uidelicet unam hydam cum omnibus eidem hyde pertinentibus, quam pater meus dedit conuentui de Wauerlega rogatu & uoluntate eiusdem conuentus, solutam & quietam & liberam a scutagio & ab omni exactione & seculari seruitio; ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum inde unquam aliquid calumpniaturi vel accepturi sumus nisi uitam eternam. Et hoc feci pro anima patris mei & matris mee & omnium antecessorum meorum & pro salute mea & uxoris mee & heredum meorum. Testibus eisdem qui prius.

85.

[Milisent gives a virgate to the abbey.] Mar. 29. 1187.

Sciant presentes & futuri quod ego Milisent filia Eustachii de Freschevile & uxoris eius Dionisie & Steffanus filius & heres meus assensu & consilio Milonis qui tunc temporis custodiam nostri & terre nostre habuit pro salute animarum nostrarum & parentum nostrarum dedimus

fol. 29*r*. (*cont.*) [&c.] monachis de Thama unam uirgatam terre nostre in Nortone, liberam & quietam ab omnibus seruiciis & consuetudinibus & exactionibus que ad nos & heredes nostros pertinent, sicut puram elemosinam, saluo seruitio *fol.* 29*v*. domini regis & Bernardi de sancto Walerico. Et quia | ipsa uirgata de dominico nostro est & nec mesuagium nec curtilagium habet, concessimus eis & dedimus xx acras in uno campo & xx acras in alio cum prato & pastura quantum ad unam uirgatam pertinet in predicta villa. Que acre sicut eis designate sunt iacent per campos in his culturis ; scilicet in orientali parte de Doddesvelle duas, in occidentali eiusdem fontis unam, subtus domum Sevari unam, retro salices Sevari tres, in Benefurlong duas, in Garstone Bernardi duas, ultra Sudereslade duas, in superiori cultura duas, apud Brokeneberge unam, apud Langeberge unam, a la Steorte unam, apud Haneberge unam, ad Rugwai unam ; in alio campo in cultura ultra domum Reginaldi duas acras, in Langefurlong duas, iuxta grauam unam, in superiori cultura unam, ultra grauam in oriente unam, ad Mereslade unam, in cultura super Netle Wid*onis* quatuor, ad capud eiusdem culture unam, ad Goldeberge duas, contra campos de Esthalle duas, iuxta uiam de Bureford unam, ad Depe Crundele duas. Et quia predicti monachi nos adiuuerunt de xxxv marcis argenti ad adquietandum predictam terram nostram in Nortone versus Bernardum de sancto Walerico hanc uirgatam eis warantizare debemus. Et si eam warantizare non possumus aliam ad eandem ualentiam eis dare debemus in eadem uilla. Hanc donationem & cartam eis fecimus & terram hanc scilicet uirgatam terre eis dedimus anno ab incarnatione domini MCLXXXVII ad Pasca proximum postquam Hugo Lincolniensis episcopus consecratus fuit. Testibus Aluredo sacerdote, Ricardo de Uernun, Roberto Dalmari, Willelmo de Chennei, Waltero de Westbyri, Radulfo Hareng, Roberto de Estrop & multis aliis.

86.

c. 1215. [Stephanus de Fretewell confirms the grant of his mother.]

Sciant[1] presentes & futuri quod ego Stephanus de Fretewelle pro salute anime mee & pro animabus omnium

[1] This is at the foot of the page in a later hand.

antecessorum meorum concessi & presenti carta mea confirmaui deo & beate Marie et monachis de Thama donacionem quam Milisent mater mea eis fecit de una uirgata terre cum pert. in Nortune de dominico meo. Et quia contentio fuit inter me & predictos monachos de quibusdam cheuescis & aliis pertinenciis predicte uirgate terre, iccirco ut pax firma sit inter nos inposterum reddidi & quietum clamaui de me & heredibus meis imperpetuum predictis monachis predictas cheuesses & omnes alias perti*nentes* predicte uirgate terre cum tanto prato quantum tenuerunt a tempore quo receperunt predictam terram a matre mea, ita quod non poterunt calumpniari maius pratum uersus me uel heredes meos racione predicte uirgate terre. Et ego [&c. warranty]. Hiis testibus, domino Radulfo Harang, Radulfo filio eius, Radulfo filio Gaufridi, Fulcone filio eius, Otewy de Esthalles, Philippo fratre eius, Petro de Keincote, Cipriano fratre eius, Adam de Bamton, Roberto filio Alexandri, Ricardo Ivari, Laurentio le Brun, Willelmo Costentin, Thoma Hostellario & aliis. *fol.* 29*v.* (*cont.*)

87.

[Robert de Estrop gives two acres in Estrop.] ? *c.* 1200.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit, Robertus de Estrop salutem. Nouerit uniuersitas uestra me dedisse & hac presenti carta mea confirmasse deo & sancte Marie & monachis de Thama duas acras terre de dominio meo de Estrop[1] in puram & perpetuam elemosinam pro salute anime mee & pro anima uxoris mee Milisent & pro animabus omnium antecessorum nostrorum scilicet duas primas acras in la Steorte de dominio meo uersus orientem que se extendunt in uiam de Nor*tune*. Uolo igitur ut predicti monachi habeant & teneant predictam terram de me & heredibus meis imperpetuum bene & in pace & integre, libere & quiete ab omni seculari seruicio & consuetudine & exaccione. Et ego [&c. warranty], testibus, Roberto capellano de Nortune, magistro Nicholao de Westmonasterio, Radulfo filio Gaufridi, Willelmo le Brunn, Rogero filio Richer de Estrop & toto halimoto de Estrop. *fol.* 30*r.*

[1] A hamlet in Brize Norton.

fol. 30*r.* (*cont.*) ? *c.* 1200.

88.

[Milo Arablastarius grants an acre.]

Sciant presentes & futuri quod ego Milo Arablastarius & Matildis Marcel uxor mea dedimus & concessimus deo & beate Marie & abbatie de Thama unam acram terre in Nortune proximam quam habemus grangie eiusdem uille super Netlewrde pro animabus nostris & successorum nostrorum quamdiu eis warantizare poterimus. Testibus Roberto filio Alexandri, Seuarico & his qui prius & aliis.

89.

Isti[1] sunt qui tenent de terra Pomerey in Nortone; abbas de Thama tenet lxvii acras, dimidiam, i rodam; Stephanus de Abendone tenet lxv acras & dim. & iii acras prati; idem tenet i croftam reddendo per annum dimidiam marcam; relicta Roberti bercarii tenet xii acras terre et dimidiam prati reddendo per annum iii*s.* ii*d.*; Adam Episcopus tenet xii acras terre & dimidiam prati reddendo iiii*s.* vi*d.*; relicta Gilberti Alexandr' tenet xii acras terre & dimidiam prati reddendo per annum iiii*s.* ii*d.*; Iohannes de Carswell tenet xii acras terre & dimidiam prati reddendo per annum xiiii*d.*; Willelmus Annoth tenet vi acras terre & dimidiam, et dimidiam prati reddendo per annum i*d.* ob.; Ricardus Tylere tenet iii acras terre, reddendo per annum i*d.*, relicta W. Costyn tenet iii acras prati in Caneneye, Robertus Roc tenet i acram, & dimidiam prati reddendo per annum i*d.*

[1] This is at the foot of *fol.* 29*v* in a hand of about 1300.

[MINSTER LOVEL.]

fol. 30*r.* (*cont.*)

90.

[William Luvel grants to the abbey two mills in Minster Lovel.] 1197.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Willelmus Luuel assensu heredum meorum & Isabel uxoris mee concessi & carta mea confirmaui & ad firmam finalem monachis de Thama anno octauo regis Ricardi duo molendina mea tradidi, unum ad bladum molendinum & aliud ad pannos fullendos in uilla mea de Menstra[1] que sita sunt iuxta pontem petrinum super aquam de Werich[2] & unam uirgatam terre cum omnibus suis pertinentiis que ad predicta molendina assignata est [*sic*] & medietatem tocius dominici prati mei quod est inter pontem & curiam meam, illam scilicet partem que proxima est curie mee ; ad quod cariandum tempore fenicionis monachi uiam per caput crofte Rogeri de la Forde habebunt. Concessi eciam supradictis monachis totam molturam tocius sokene de Menstra preter molturam curie mee que quieta erit de Tonnv. In qua si transgressi[3] fuerint, dampnum meum michi in duplum & hominibus meis in simplum in cura mea resarcient. Et pasturam quinquies uiginti ouium in campis de Menstra ultra aquam ex parte australi absque numero maiori & lx porcos in bosco meo quietos a pannagio & tempore autumpni tantum xx in stipula cum segetes fuerint amote, & xv animalia in communi pastura bosci mei. Preterea concessi eis quercum unam & duas bigatas virge & duas closture ad molendinum bladi annuatim per uisum forestarii restituendum ad festum sancti Michaelis. Hec omnia concessi monachis de Thama tenenda de me & heredibus meis libere & quiete per quatuor libras sterlingorum sub annua solutione persoluendorum, scilicet in Annuntiatione beate Marie xx sol., in festiuitate sancti Iohannis Baptiste xx sol.,

[1] In the *Valor Ecclesiasticus* Thame has no property in Minster Lovel, and in the *Hundred Rolls* of 1279 the account of that manor makes no mention of Thame. It appears that the abbey sold it all to John Lovel in 1224 [*Oxon Fines*, p. 72].

[2] i.e. Windrush.

[3] i.e. by stealing a portion of the grain.

fol. 30*r.* (*cont.*) in festivitate sancti Michaelis xx sol., in festiuitate sancti Thome apostoli xx sol. pro omnibus seruiciis & consuetudinibus que ad me & ad heredes meos pertinent saluo *fol.* 30*v.* seruitio domini regis & comitis quantum | pertinet ad unam uirgatam terre. Pro his quatuor libris argenti michi & heredibus meis singulis annis reddendis ego & heredes mei debemus warantizare monachis de Thama supradicta molendina cum omnibus suis pert. & uirgatam terre cum suis pert. & cetera que prenominata sunt. Hec sunt autem ad predicta molendina pertinentia & monachis concessa ; bedum tantum in quo nullus preter homines monachorum de Thama piscabit & due hamme prati que iuxta stagnum & molendinum iacent & usque ad pontem tendunt petrinum, ad uirgatam eciam terre iacent xvi acre in uno anno seminande, in alio xv & una acra in bosco subtus quadrar*ium* de quibus viii cum acra predicta iacent iuxta molendinum uersus partes boreales aque ; totum vero residuum illius uirgate terre iacet in campis uersus partes australes aque & una acra prati in Pilmor & quantum pertinet ad medietatem dimidie uirgate terre & in prato sub curia uersus austrum tantundem & in Nutcliua tantundem. Siquid*em* molendinum molerez non ibit ad grauam*en* curie mee & sokene dum molendinum bladi molat. His testibus, Willelmo de Bruteuill', Iohanne herede & filio meo, Adam clerico, Radulfo filio Gaufridi, Roberto de Estrop, Roberto capellano, Simone de Meritone, Waltero persona de Lega, Roberto clerico de Hoffecote, Philippo clerico de Esthalle, Bornardo seruiente meo, Thoma de Hoffecote & multis aliis.

91.

1197. [Isabel wife of William Lovel confirms the grant.]

Sciant presentes & futuri quod ego Isabel uxor Willelmi Luuel concessi & carta mea confirmaui monachis de Thama in uilla de Menstra que est de dote mea duo molendina & uirgatam terre cum pert. suis & cetera omnia que dominus meus Willelmus Luuel eisdem monachis in eadem uilla ante concesserat & carta sua confirmauerat. Haec autem concessionem & confirmationem me fideliter & sine dolo confirmaturam affidaui. Testibus, Rogero de la Forda & his qui in priori carta & aliis.

fol. 30*v.* (*cont.*)

[BALSCOT.]

92.

[Simon de Bamton grants a virgate in Balscot.] *c.* 1190.

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis, quod ego Simon de Bamtona & Matildis uxor mea consensu Willelmi de Strafford domini nostri dedimus & concessimus & presenti carta confirmauimus [abbatie de Thama] totam illam uirgatam terre quam tenuimus in Belescot[1] sine aliquo retenemento cum omnibus pertinentiis suis in masagio, in crofto, in terra arabili, in pratis & pasturis, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animarum nostrarum, tenendam imperpetuum libere & quiete in pace & honorifice & pacifice, saluo servitio domini regis, quantum pertinet ad unam uirgatam terre illius feudi. Hanc autem uirgatam terre nos & heredes nostri guarantizabimus prefate | abbatie, sicut nostram *fol.* 31*r.* elemosinam. Testibus, Willelmo de Strafford, Adam de Chennor, Radulfo filio Gaufridi de Nortune, Roberto filio Radulfi de Estrop & multis aliis.

93.

[William de Stratford confirms the gift.] *c.* 1190.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Willelmus de Stratford presens fui & consensi quando Simon de Bamtone & Matildis uxor eius dederunt cum Hugone filio suo abbatie de Thama unam uirgatam terre in Belescote cum masagio & omnibus aliis pertinentiis suis, tenendam in perpetuum libere & quiete, sicut puram elemosinam, saluo seruitio domini regis. Et quoniam eadem uirgata ad feodum meum pertinere dinoscitur, ego pro salute anime mee & antecessorum meorum donationem illam presenti carta mea confirmaui. Pro hac autem concessione & confirmatione dictus Simon dimidiam marcam argenti michi dedit. Testibus, Roberto filio

[1] In the *Valor Ecclesiasticus* Thame had one virgate in Balscot, worth 7*s*.

fol. 31*r*. (*cont.*) Radulfi, & Willelmo fratre eius, Radulfo filio Rogeri, Roberto de Estrop, Roberto de Burt[one], Ricardo de Osenei.

94.

c. 1200. [John Belet confirms the gift.]

Sciant presentes & futuri quod ego Iohannes Belet concessi & presenti carta nostra confirmaui monachis de Thama illam uirgatam terre in Belescote cum omnibus pertinentiis suis quam Simon de Bamtone in puram elemosinam illis dedit, liberam & quietam ab omni seruitio & exactione seculari, que ad me & ad heredes meos pertinent, saluo seruitio meo, quantum spectat ad unam uirgatam terre de eodem feodo. Preterea concessi predictis monachis communem pasturam quantum spectat ad unam uirgatam terre in eadem uilla. Et si aliqua namia in eadem uilla capienda sunt, de illa predicta uirgata non capientur nisi propter proprium delictum eam tenentium. Hanc confirmationem & concessionem ego & heredes mei warantizabimus. Testibus, Waltero de Cercend[en], Hugone de Bereford, Roberto Dauuers, Willelmo filio eius.

95.

1180–1200. [Gaufridus de la Lea gives a rent of 12*d*.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Gaufridus de la Lea dedi [&c.] deo & beate Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus annuum redditum xii denariorum de una uirgata terre en la Lea[1] quam dominus meus Thomas Siluain dedit michi pro homagio & seruicio meo in puram & perpetuam elemosinam pro salute anime mee & uxoris mee & omnium antecessorum & successorum meorum, reddendum ante festum sancti Michaelis. Et hanc elemosinam ego & successores mei eis warantizabimus. Testibus, domino priore de Bernecestre, Iohanne de Strafford, Willelmo de Cercendone, Hugone filio Ricardi, Hugone filio Goylin, Hugone Leuke, Gaufrido Malesquier & multis aliis.

[1] Presumably this was in Balscot, but it is uncertain.

96.

[Walter de Marisco quitclaims to the abbey a virgate in Brizenorton.] May, 1204. *fol.* 31*r.* (*cont.*)

Hec[1] est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die Pasche in quinque septimanas anno regni regis Iohannis quinto coram G. filio Petri, Eustachio de Facunberge, Iohanne de Gestlinge, Osberto filio Heruei, Godefrido de Insula, Waltero de Crepinge iustic' & aliis baronibus domini regis tunc ibi presentibus inter Walterum de Marisco petentem & Willelmum abbatem de Tama tenentem de una uirgata terre cum pert. in Nortune ; unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata curia, scilicet quod predictus Walterus remisit & quietum clamauit predicto abbati & successoribus suis totum ius & clamium quod habuit in predicta terra de se & heredibus suis imperpetuum. Et pro hac quieta clamancia, fine et concordia predictus abbas dedit predicto Waltero uiginti solidos esterlingorum.

97.

[Simon de Barnton gives another virgate.] *c.* 1205.

Notum[2] sit omnibus sancte matris ecclesie filiis presentibus & futuris quod ego Simon de Bamtone & Matilda uxor mea dedimus [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Thama [&c.] pro salute animarum nostrarum unam uirgatam terre in Belescot, illam scilicet cuius mesuagium est iuxta gardinum Willelmi de Langedene uersus austrum cum omnibus pert. suis, tenendam in perpetuum de nobis & heredibus nostris bene & in pace & plenarie, liberam & quietam ab omnibus seruitiis, consuetudinibus & exactionibus, sicut elemosina melius aut liberius dari potest & teneri, saluo tamen forinseco seruicio. Et nos [&c. warranty]. Hiis testibus, Willelmo de Stratford, Adam de Cennor, Radulfo filio Gaufridi, Roberto filio Radulfi, Roberto de Estrop, Fulcone filio Ricardi, Hugone de Chiselhamton, Nicholao de Bikestrop & pluribus aliis.

[1] This is not in the first hand.
[2] This and the next are not in the first hand.

98.

c. 1205. *fol.* 31*r.* (*cont.*)

[Matilda wife of Simon consents to the gift.]

Notum sit omnibus [&c.] quod ego Matilda filia Aaline, uxor Simonis de Bamtone, assensu & uoluntate eiusdem Simonis mariti mei & Willelmi de Strafford domini mei dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Tama [&c.] illam uirgatam terre cum mesagio & crofto & cum omnibus pert. suis quam tenui iure hereditario in Beleskote, tenendam in perpetuum plenarie & integre in terra arabili in pratis & pasturis & omnibus aliis rebus & locis ad predictam terram pertinentibus libere & quiete ab omni servicio & exaccione seculari, saluo forinseco seruitio. Hanc autem uirgatam [&c. warranty]. Testibus qui supra.

Duas precedentes cartas Adam filius & heres eorum confirmat eisdem uerbis.

[SHIPTON LEA.]

99.

Carte de Scypdune.[1] *fol.* 32*r*.
[William fitz-Otho grants to Thame his land in Shipton.] 1141–5.

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Willelmus filiis Othonis dedi & concessi in perpetuam elemosinam Euerardo abbati & monachis de Thama totam terram meam de Sypdune in bosco & plano & prato & in terra arabili & in pasturis, concedentibus & assensum prebentibus heredibus meis[2]. Et hoc feci pro salute anime mee & pro anima uxoris mee Gisle & pro anima patris mei & matris mee & omnium antecessorum meorum. Set quia heredes mei nepotes sunt Euerardi predicti abbatis, ipse Euerardus dedit heredibus meis xxxv marcas argenti ad succurrendum eis ad terram emendam. Testibus, Alexandro Lincolniensi, Roberto Londoniensi episcopis, Radulfo decano sancti Pauli, Radulfo de Monemue, Rogero Dameri, Ricardo filio Godrici, Theobaldo aurifabro, Ricardo Morel, Radulfo dispensatore, Ailwino filio Edwini de Gosefeld.

100.

[William fitz-Otho and his sons repeat the grant.] ? *c.* 1150.

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Willelmus filius Othonis & Otho & Willelmus & Simon filii mei damus & concedimus in perpetuam elemosinam sine omni reclamatione deo & abbati & monachis sancte Marie de Thama totam terram nostram de Sypdone, in bosco & plano & prato & terra arabili in pasturis pro salute animarum nostrarum & antecessorum nostrorum, nominatim Gisle & aliorum parentum. Quam donationem, postquam cartam super altare posuimus, fide nostra coram testibus confirmauimus. Sed quia nostri iuris erat predicta terra, conventus predicte ecclesie dedit nobis quinquaginta

[1] Shipton Lee in Quainton.
[2] This grant was confirmed by Pope Eugenius II in Feb. 1146; Robert became bishop of London about May 1, 1141.

fol. 32*r.* (*cont.*) & viii° marcas argenti ad emendam aliam terram ad opus nostrum. Testibus. Ricardo & Peuerel presbiteris; itemque Ricardo de Merelaue & Bernardo de Ailesbyri capellanis, Osberto de Sauntresdone, Nigello filio eius, Gauf[rido][1] filio Nigelli, Iruai & Ruelen Malet, Roberto Cheuauchesul, Osberto filio Thuri, & aliis multis.

101.

1141–8. [Robert, earl of Ferrers, grants to Thame one knight's service from the land in Shipton.]

Alexandro dei gracia Lincolniensi episcopo & omnibus fidelibus ecclesie & Willelmo filio Othonis & ceteris hominibus suis francis & anglis, Robertus comes de Farrariis salutem. Sciatis me dedisse & concessisse sancte Marie & abbatie Thame totum seruitium meum de feodo unius militis in Sypdune in elemosinam pro anima patris mei & ceterorum antecessorum meorum. Testibus, Hamone abbate de sancto Petro super Diua, Hamone abbate Bordessl', Rogero capellano, Henrico filio Fulcheri cap[ellano], Hugone de Ferrers, Umfrido de Tolca dapifero, Henrico filio Sewali, & Fulch[ero] fratre eius & aliis pluribus.

102.

fol. 32*v.* ? *c.* 1170. [William, earl of Ferrers, confirms.]

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis & nominatim omnibus hominibus suis, Willelmus comes de Ferrariis tam presentibus quam futuris salutem. Nouerit uniuersitas uestra me concessisse & presenti carta confirmasse sancte Marie & abbatie de Thama donationem quam Robertus comes de Ferrariis auus meus dedit predicte abbatie, scilicet totum seruitium meum de feodo unius militis in Sypduna in perpetuam elemosinam pro anima patris mei & mea & omnium antecessorum meorum. Testibus, Willelmo de Esnes tunc priore Tuth[bury], Willelmo de Rideware tunc dapifero, Roberto de Ferrers, & Henrico fratre eius & multis aliis.

[1] Gaut', *MS.*

103.

[William son of Robert quitclaims the land.] 1170–1187.

Sciant presentes & futuri me Willelmum filium Roberti & heredes meos quietum clamasse ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo & sancte Marie seruientibus, quicquid iuris habuimus in terra de Sypdune que est de feodo comitis de Ferrers, & hoc fidei sacramento confirmasse in plenaria audientia comitatus de Bukingham apud Ailesbyri per centum solidos, quos predicti monachi nobis inde dederunt in conspectu comitatus de Buchinham apud Ailesbyri. Testibus, Willelmo de Chulewrd' qui in illo tempore fuit uicecomes de Bukingham, Hamone filio Maifel[ini], Ricardo filio Nigelli, Hugone de Nuers. *fol.* 32*v.* (*cont.*)

104.

[Ruelent Maleth gives a croft.] *c.* 1180.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Ruelen Maleth assensu Yrvoi filii & heredis mei & aliorum filiorum meorum pro salute anime mee & parentum meorum dedi [&c.] croftam[1] de Buthehale sine masagio que fuit forestarii deo & ecclesie beate Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus, tenendam de me & heredibus meis imperpetuum libere & quiete ab omni seruitio & consuetudine seculari, reddendo duos solidos per annum medietatem ad festum sancte Marie in Quadragesima & medietatem ad festum sancti Michaelis. Preterea concedo eis & quietum clamo id quod clamauerunt de riffileto aduersum me scilicet per uetus fossatum que descendit a superiori crofta in descensum & pratum quod iacet per ueterem cursum de Coccobroc. Testibus, Galfrido de la Mare, Nigello de la Mare, Adam de Chennore, Yrvoi Maleth & pluribus aliis.

105.

[An agreement with the parson of Quainton.] 1199.

Hec est conuentio facta coram uenerabili Rogero Lincolniensi decano inter abbatiam de Thama & ecclesiam

[1] Ruelent Maleth held Quainton.

fol. 32*v.* (*cont.*) de Quentone imperpetuum, quod monachi de Thama concesserunt Roberto persone de Quentone & successoribus suis in posterum uicesimam tantum garbam de terris *fol.* 33*r.* suis quas propriis sumptibus excolunt | apud Sypdone, exceptis omnibus noualibus suis factis seu faciendis, sicuti predecessor eius, Adam, percipere solebat. Et idem Robertus & successores eius singulis annis in die Exaltationis sancte Crucis predictis monachis dimidiam marcam argenti persoluent. Hec autem conuentio facta fuit anno Uerbi incarnati M°C°XC°IX°, qui est annus regni regis Iohannis primus, concedente & assensum prebente domino de Quentone, Yruai Maleth, & dicto Roberto sacramento prestito idem affirmante: his testibus, Bartholomeo decano de Duningtone, Iohanne decano de Prestone, Radulfo de Twiford, Ricardo Boistard, Bernardo & Petro capellanis.

106.

1197. [Yrvoi Malet confirms the grant of his father.]

Notum sit uniuersis Cristi fidelibus quod ego Yruoi Malet anno octauo regis Ricardi concessi & presenti carta confirmaui monachis de Tama omnem donationem & quietam clamationem quam pater meus Ruelent Malet eisdem fecerat, scilicet totam croftam de Butehale sine masagio & totum rifletum per fossatum ubi sepis monachorum fuit tempore patris mei & pratum quod iacet per ueterem cursum de Cocchebroc, tenenda de me & heredibus meis libere & quiete, reddendo michi & heredibus meis per annum duos solidos, scilicet xii*d.* ad Pasca & xii*d.* ad festum sancti Michaelis pro omni seruitio & consuetudine seculari. Testibus, Willelmo de Dortune, Willelmo filio Nigelli, Galfrido de Elend'.

107.

Sept. 29, 1195. [An agreement between the monks and Samson de Pomerio.]

Hec est conuencio facta ad festum sancti Michaelis anno secundo postquam rex Ricardus rediit de Alemannia inter monachos de Tama & Samsonem de Pomerio & Cristianam de Belawe uxorem eius & heredes eorum quod

Samson & heredes sui relaxauerunt monachis de Tama & quietum clamauerunt fossatum quod monachi fecerunt iuxta boscum de Merston quamdiu boscus durat, & totum clamium suum quod inter predictum fossatum habuerunt tam in assarto quam sine assarto integre deo & monachis dederunt in perpetuam elemosinam. Monachi uero Samsoni & heredibus suis tres uias apertas in boscum de Merstone warantizabunt, scilicet unam ad Bettenhale & aliam ad magnam Woleie & terciam ad Sotesham ad aquam ; concesseruntque Samson & heredes sui monachis talem communam in bosco suo qualem habere debent & monachi Samsoni & hominibus suis. Testibus Adam capellano, Willelmo de Uptune, Gaufrido fratre eius, Iohanne de Rocheford & aliis. *fol.* 33*r.* (*cont.*)

108.

[An agreement between the abbeys of Thame and Woburn.] *c.* 1190–1200.

Hec est conuentio inter monachos de Tama & monachos de Woburne super querela que uertebatur inter eos de grangia de Wiche. Monachi de Woburne remouebunt de ipsa grangia illa genera animalium que possunt esse ad grauamen fratrum de Tama, scilicet equicium suum & porcos, & oues illorum non intrabunt in communem pasturam quatuor uillarum, scilicet Quenton, | Sorteleie, *fol.* 33*v.* Dodereshulle, Grendune, nisi tantum super hidam Willelmi Carbunel quam fratres de Tama concesserunt fratribus de Woburne pacifice tenere ; sed et si fratres de Tama uoluerint uenire super eandem hydam cum bobus vel ouibus suis non prohibebunt eos fratres de Woburne sed libenter sustinebunt. De bosco fratrum de Tama nichil capient fratres de Woburne sine licencia illorum nec intrabunt in pasturam foresti [*sic*] inter Cleindune & boscum de Wotthesdune cum animalibus suis. Tempore messionis non accipient fratres de Woburne plusquam x messores in prouincia illa antequam fratres de Tama sufficienter acceperint ad opus suum. Tempore secationis prata non ement in communa quatuor predictarum uillarum sine assensu fratrum de Tama. Fratres de Woburne nullam terram uel ement uel conducent in quatuor predictis uillis ubi possint per aliquam occasionem

fol. **33*v*.** (*cont.*) attingere ad communam fratrum de Tama. Si uero fratres de Tama in ipsis quatuor uillis uel alibi aliquam terram potuerint adquirere, nisi tamen non ex toto attingant ad terram fratrum de Woburne, licebit eis pacifice tenere & possidere. Quod si fratres de Woburne contra hanc conuentionis formam aliquo modo uenire contigerit & abbas illorum per monachos de Tama semel & secundo inde requisitus hoc emendare neglexerit, deferetur querela ad abbatam de Wauerlei & ad abbatem de Fontibus & de Wardone & de Gerondune & ad illorum iudicium uel hoc emendabitur uel grangia remouebitur.

109.

c. 1210. [Alan de Arches gives to Thame a virgate in Westcot.]

Sciant[1] omnes tam presentes quam futuri quod ego Alanus de Arches pro salute anime mee & antecessorum meorum dedi [&c.] deo & ecclesie sancte Marie de Tama & monachis ibidem deo seruientibus in liberam & puram & perpetuam elemosinam totum redditum & seruicium quod Hugo filius Galfridi michi debet de una uirgata terre quod tenet de me in Westcot'.[2] Dedi etiam eis totum ius quod ego habeo in eadem uirgata terre in releuiis & eschaetis & in omnibus aliis rebus, saluis sex denariis capitali domino sciliet Willelmo Gratard & heredibus suis annuatim ad festum sancte Marie in Marcio reddendis pro omnibus seruiciis. Predictus uero Hugo & heredes sui annuatim reddent prefatis monachis de predicta uirgata terre quinque solidos ad duos terminos, scilicet ad festum sancti Michaelis xxx*d*. et ad festum sancte Marie in Marcio xxx*d*. Ego autem [&c. warranty], testibus multis.

110.

Feb. 29, 1212. [An agreement with Robert de Bascherville.]

Anno uerbi incarnati MCCXII, cicli decennoualis xvi, regni regis Iohannis xiii ultimo die Februarii conuenerunt apud Scypdun dominus Simon abbas cum suis & Robertus

[1] Not in the first hand.
[2] Probably Westcot near Waddesdon.

de Bascheruille cum amicis suis. Qui Robertus dixit quod conuersi de Scypdun ceperant de terra sua & iunxerant terre nostre. Prefatus autem abbas posuit se de hoc super uerumdictum legalium hominum qui tunc ibi fuerunt. Qui cum de hoc nichil certum dicerent abbas pro bono pacis dedit Roberto unam marcam argenti & ipse Robertus quietum clamauit imperpetuum ipsum abbatem & domum nostram de omni iure & clamio quod habuit vel habere potuit in omnibus terris que tunc tenuimus, & usque ad illum diem tenueramus ; presentibus tunc ibidem Radulfo de Ailesbyr' cellerario nostro, Hugone de Leueken' monacho, Gaufrido Caluo & Baldewino conuersis, fratre Willelmo de London preceptore hospitalis de Hoggesyag' & fratre Ricardo socio suo, Ricardo filio Walteri de Mort*une*, Yrvoi Malet, Rogero de Cranford, Burchardo forestario, Radulfo le King, Fulcone fratre suo & pluribus aliis.[1] *fol.* 33*v.* (*cont.*)

[1] This is not in the first hand ; at the foot of the page is written :— Boscus de Scipdune qui uocatur la Gore est in ueteri wasto de subbosco & emendatus est, & similiter alius boscus noster. Apud Scypdune habemus septem acras terre de ueteri essarto que sunt in regardo.

[SANDERTON.]

111.

fol. 34*r*.
c. 1160.

Carte de Santerleie.
[Osbert de Saunderton gives land.]

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Osbertus de Sauntresdune assensu filiorum meorum dedi & concessi in perpetuam elemosinam abbati de Thama & monachis ibidem deo seruientibus illam croftam que uocatur Bothme & Budeham & Delput et pannagiam [*sic*] xxx porcorum in nemore meo & partem nemoris ipsius per fossas terminales designatam. Et preterea concessi eis tenere de me & heredibus meis in feudo dimidiam hidam que fuit Hoking & Wlfwini patris Tobin tam in terra arabili quam in pratis & pasturis pro v solidis qui annis singulis reddendi sunt his terminis, in festiuitate sancti Michaelis, in Purificacione sancte dei genitricis & in Pentecost', solutam & quietam ab omni exactione terreni seruicii in posterum, excepto regio debito. Testibus Iohanne sacerdote de Bledelaue, Osberto patre eius, Petro sacerdote, Roberto presbitero de Chennor, Adam fratre eius, Hugone de Horsendune milite & aliis.[1]

112.

c. 1165. [Robert son of Osbert of Saunderton makes an addition.]

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Robertus filius Osberti de Santerdone cum assensu Matildis uxoris mee & concessione Iohannis fratris mei necnon & ceterorum fratrum meorum Nigelli & Willelmi & aliorum amicorum & heredum meorum dedi & concessi deo & sancte Marie & monachis apud Thamam deo seruientibus in perpetuam elemosinam pro salute mea & prenominatorum heredum & amicorum meorum & pro anima patris mei & matris partem nemoris mei cum ipsa terra quam nemus ipsum occupat, scilicet que incipit a uia qua itur de predicto nemore meo usque ad nemus

[1] The grant contained in the first sentence was confirmed by Henry II in 1155 [see No. 171].

Ricardi de Horsend*une* ad caput crofte Waldsine[1] & tendit iuxta curiam predictorum monachorum per antiquam uiam uersus magnam uiam que descendit de Wicumbe apud Bledelawe, sicut fosse & diuise terminales designant. Hanc igitur terram cum nemore do eis solutam & quietam, liberam ab omni seruicio seculari & exactione nunc & in perpetuum. Predicti uero monachi pro hac concessione & donatione intuitu caritatis dederunt michi xxx solidos argenti & uxori mee Matildi x solidos & fratri meo Iohanni unum pullum nigrum quinque solidorum. Preterea dabunt michi predicti monachi annuatim ad festum sancti Michaelis unam libram piperis, ad Natale domini unum parium [*sic*] botarum. Testibus, Nigello & Willelmo fratribus meis, Iohanne de Turre, Roberto filio eius, Roberto de Costetin, Iohanne de Blundehaie, Alexandro de Brihtwell, Iohanne clerico de Santerdone, Simone, Widone Ruffo, Petro de Mortone.[2] *fol.* 34*r.* (*cont.*)

112A.

[An earlier form of the grant of Robert.] *c.* 1165.

Notum sit [&c.] quod ego Robertus filius Osberti de Santerdone cum assensu Matildis uxoris mee & concessione Iohannis fratris mei & ceterorum fratrum meorum Nigelli & Willelmi, necnon & ceterorum amicorum & heredum meorum dedi & concessi [&c. as before] partem nemoris mei, scilicet que incipit a uia qua itur de predicto nemore usque ad nemus Ricardi de Horsendune iuxta croftam Waldgiue & tendit usque ad forensem sepem Roberti Carpentarii, sicut fosse & diuise terminales designant. Predicti uero monachi pro hac concessione & donatione intuitu caritatis dederunt michi duas marcas argenti & unam summam auene & uxori mee M. quadraginta denarios. His testibus, Nigello fratre meo, Willelmo fratre meo, Iohanne de Thurre, Roberto filio eius, Roberto de Costentin, Iohanne de Blundehaie, Alexandro de Brihtwelle, Iohanne clerico de Santeresdune, Simone, Widone Ruffo, Petro de Mortone.[3]

[1] Waldgine in the original, but the g is badly written and the scribe misread it.

[2] The original of this is Add. Ch. 20,376; said in the catalogue to be after 1165.

[3] This is Add. Ch. 20,375, an original *c.* 1165.

113.

c. 1165. *fol.* 34*r.* (*cont.*)

[A repetition of the grant of Osbert, No. 111.]

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis tam futuris quam modernis me Robertum filium Osberti de Santerdone assensu & uoluntate fratrum & amicorum meorum & uxoris mee Matildis dedisse & in perpetuam *fol.* 34*v.* elemosinam confirmasse | ecclesie sancte Marie de Thama monachisque ibidem deo seruientibus illas tres croftas que vocantur Budeham, pro quibus singulis annis ad recognicionem sex michi denarios soluent, & croftam illam que uocatur Bothme & Delput & pasnagium xxx porcorum in bosco meo & partem ipsius bosci per fossas terminales designatam. Et preterea concessi eis tenere de me & heredibus meis in feudo illam dimidiam hidam que fuit Hoking & Wlfwini patris Thobin, tam in terra arabili quam in pratis & pasturis pro v solidis annuatim qui reddendi sunt his terminis in festiuitate sancti Michaelis & in Purificacione sancte Marie & in Pentecost solutam & quietam & liberam ab omni exactione terreni seruicii in posterum exceptis regalibus, sicut carta patris mei testatur. Testibus, Willelmo clerico de Santerdone, Nigello fratre eius, Ricardo de Horsendune, Waltero de sancta Fide, Adam de Chennore, Iohanne Scorberd, Roberto de Forde, Ricardo & Clemente filius Osberti de Santerdune.

114.

Sept. 29, 1190.

[John son of Osbert confirms his father's gifts.]

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Iohannes filius Osberti de Santerdune pro salute anime mee & antecessorum & successorum meorum concessi & hac mea carta confirmaui abbatie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus totam Budeham pro qua singulis annis soluent sex denarios & croftam illam que uocatur Bothme & Delput & pasnagium xxx porcorum in bosco meo & curtem ubi grangie eorum site sunt. Et preterea concessi eis tenere de me & heredibus meis illam dimidiam hidam que fuit Hoking & Wlfwini

patris Thobin tam in terra arabili quam in pratis & pasturis pro v solidis annuatim michi & heredibus meis reddendis sicut carte patris & fratris mei testantur & partem nemoris cum ipsa terra que iacet iuxta croftam Waldgiue & iuxta crucem grangie predictorum monachorum sicut fosse & diuise terminales testantur & carte fratris mei Roberti. Quare uolo & firmiter confirmo quatinus hec omnia predicta habeant bene & in pace teneant soluta & quieta & libera ab omni exaccione terreni seruicii sicut carte patris & fratris mei testantur. Testibus Willelmo clerico de Santerdun, Adam clerico de Cennor, Iohanne de Santerdun, Thoma filio eius, Rogero de Claidune, Ricardo Percehaie, Ricardo de Horsendune, Roberto Costetin, Iohanne de Turre. Facta est autem hec confirmatio in die sancti Michaelis proximo postquam rex Anglie Ricardus & Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus iter arripuerunt uersus Ierosolimam. *fol.* 34*v.* (*cont.*)

115.

[Geoffrey de Turville confirms the grant of Osbert.] *c.* 1160.

Gaufridus de Turuilla omnibus hominibus suis francis & anglis tam clericis quam laicis salutem. Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam confirmasse abbati sancte Marie & monachis ibidem deo seruientibus illam croftam que uocatur | Bolthme & Budeham & Delput quas Osbertus de Santerdone, heredibus suis assensum prebentibus, illis dedit in elemosinam, & pasnagium xxx porcorum quod eis donauit in nemore suo, & partem nemoris ipsius per fossas terminales designatam. Et preterea illam dimidiam hydam quam tenent de eo & heredibus suis in feudo pro v solidis annis singulis que fuit Hoking & Wlfini patris Thobin tam in terra arabili quam in pratis & pasturis. Quapropter uolo & firmiter precipio quatinus predicti monachi omnia hec que prediximus habeant & teneant soluta & quieta & libera ab omni exaccione terreni seruicii in posterum sicut carta eiusdem Osberti testatur, exceptis illis que ad me pertinent. Et sciendum quod hanc confirmationem feci rogatu ipsius Osberti & heredum suorum. Testibus, Hamelin de Ferrers, Nigello filio Osberti de Santerdune, *fol.* 35*r.*

fol. 35*r*. (*cont.*) Baldewino filio Radulfi de Wendoure, Unfrido filio Gileberti de Weston, Roberto armigero Hamelini, Dauid fratre Walteri de Burton, Rahener' carpentario de Penna.

116.

c. 1200. [John de Saunderton sells land to the abbey.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Iohannes de Santerdune dedi [&c.] monachis de Thama in puram & perpetuam elemosinam totam partem meam terre mee feudi mei in Westfeld in Santerdune, tenendam de me & de heredibus meis libere & quiete, reddendo annuatim duodecim denarios ad festum sancti Michaelis iiii*d*., ad Purificacionem sancte Marie iiii*d*., ad Pentecost iiii*d*. omni seruicio. Hanc terram [&c. warranty]. Et pro hac concessione [*sic*] dicti monachi dederunt michi iiii marcas argenti & uxori mee Emme equum unum. Testibus, Roberto de la Ford, Adam de Cennor, Waltero de Bikestrop, Luuello, Radulfo de Maineres, Iacobo fratre Henrici, Iohanne de Chenolt, Simone de Cost*entin*, Rogero de Bikestrop.

117.

c. 1200. [Henry Pyrun grants land.]

Notum sit omnibus sancte matric ecclesie filiis quod ego Henricus Pyrun dedi [&c.] deo & monachis sancte Marie de Thama in puram & perpetuam elemosinam totam partem terre mee in Westfeld que iacet pro quatuordecim acris pro salute anime mee & patris & matris mee & omnium antecessorum & successorum meorum liberam & quietam ab omni seruicio seculari & exaccione, ita tamen quod predicti monachi reddent michi & heredibus meis annuatim xii denarios ad Vincula sancti Petri pro omnibus seruiciis. Et ego [&c. warranty]. Et escambium terre quod factum fuit tempore patris mei inter homines
fol. 35*v*. suos & antedictos monachos ratum & firmum | habebimus. His testibus, Gaufrido de la Mare, Adam clerico de Cennor, Willelmo persona de Santerdune, Willelmo capellano de Lake, Ricardo Nairenuit, Iohanne fratre eius, Petro Pirun.

118.

[Alexander de la Lee sells land to the abbey.] *c.* 1200.

fol. 35*v.* (*cont.*)

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Alexander de la Le pro salute anime mee & uxoris & filiorum meorum dedi [&c.] abbatie de Thama duas acras terre mee in Santerdune unam scilicet latam acram in Northfeld iuxta latam acram domini & alteram in Estfeld inter duo molendina in puram & perpetuam elemosinam liberas & quietas ab omni seruicio & exaccione seculari. Et quia monachi predicte abbatie duas marcas argenti michi dederunt ego & heredes mei prenominatas acras illis warantizare debemus. Testibus, Vincentio clerico de Bradenham, Vincentio filio eius, Ricardo filio Nigelli, Willelmo filio Sauari, Rogero de Stanford, Willelmo de Upton, Roberto de Ilmere, Ricardo de Keneburg.

119.

[William son of Sevari confirms his father's agreement.] *c.* 1200.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Willelmus filius Seuari concessi & confirmaui escambium quod pater meus fecit monachis de una acra & donationem eius de una perticata que iacent inter grangiam eorundem monachorum de Santerlea & stratam de Wicumbe. Et preterea dedi eis [&c.] in puram & perpetuam elemosinam predictam acram ita scilicet quod tam acram illam quam perticatam tenebunt in perpetuum libere & quiete ab omni seruicio & exaccione seculari. Et hec [&c. warranty]. Testibus, Willelmo de Upton, Rogero de Stanford, Osberto de Santerdun, Ricardo de Upcote, Simone Costentin & aliis.

120.

[Roger de Stanford confirms an agreement.] *c.* 1200.

Hec est conuentio facta inter abbatem & monachos de Thama & Rogerum de Stanford quod idem Rogerus concessit escambium quod factum fuerat tempore Hamonis Pirun de tribus acris terre de feodo suo de

fol. 35*v.* (*cont.*) Santerdone que iacent inter curtem grangie de Santerle & stratam de Wicumbe contra alias tres acras de feodo Leicestrie quarum unam & dimidiam Waldingus & Aliz vidua tenuerunt, alteram & dimidiam Radulfus Herlewine & Willelmus filius Aluredi tenuerunt. Hoc autem escambium inuicem sibi warantizabunt scilicet abbas & monachi Rogero & heredibus suis, Rogerus & heredes sui abbati & monachis suis. Et ut [&c. sealing], testibus, Gileberto Martel, Willelmo de Upton, Iohanne de Hida, Roberto Macro militibus, Roberto de Estrop & Adam de Westmonasterio qui omnes huic conuentioni ex utraque interposite apud Westmonasterium interfuerunt & aliis multis.

[HORSENDEN.]

121.

Carte de Horsendune.[1] *fol.* 36*r*.
[Richard de Horsenden grants 40 acres to the abbey.] 1155–1164.

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Ricardus de Horsendune uoluntario assensu Iohannis fratris mei dedi in perpetuam elemosinam Serloni abbati de Thama & omnibus successoribus ipsius & illis commisso monachorum & conuersorum conuentui, quadraginta acras terre : in Calwalid xviii acras, xx uero & duas in terra que collocatur inter uiam & terram de Riseberg[a], australem terminum habens iuxta fossam. Istas autem quadraginta acras per perticam bene mensuratas & ab omni seruitii terreni exactione liberas & solutas eis dedi, ut eas libere & solute & quiete semper possideant, ut neque regi neque michi neque cuiquam hominum pro eis seruiant vel censum tribuant. Namque ego dum michi uita conceditur hoc faciam & post me successores mei, sicut apud Westmonasterium baronibus & multis militibus audientibus promisi, coram iusticia regis. Testibus Waltero Giffard comite, Gaufrido comite de Mandeuille, Ricardo de Luci, Reginaldo de Warenn', Radulfo Basset & aliis pluribus.[2]

121A.

[The full form of charter No. 121.] Bodleian Lib. Oxon. Chart. 49.

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Ricardus de Horsendona uoluntario assensu Iohannis fratris mei dedi in perpetuam elemosinam S. abbati de Thama et omnibus successoribus ipsius & ill*is* commisso monachorum & conversorum conuentui xl acras ; in Caluwalid x & viii acras, uiginti uero & duas in terra que collocatur inter uiam et terram de Riselb*er*ie, australem terminum habens iuxta fossam. Istas autem xl acras per perticam bene mensuratas et ab omni seruicii terreni exactione liberas

[1] In the *Valor* of 1535 the abbey has no property in Horsenden.
[2] The grant of Hugo de Horsenden, father of Richard, was prior to 1155 [see No. 172]. Walter Giffard died in 1164.

fol. 36*r*. (*cont.*) ac solutas eis dedi, ut eas libere et solute & quiete semper possideant, ut neque regi, neque michi neque cuiquam hominum pro ipsis seruiant uel censum tribuant. Namque ego dum michi uita conceditur hoc faciam & post me successores mei, sicut apud Westmonasterium baronibus & multis militibus audientibus coram iusticia regis promisi. Testes uero sunt huius donationis & promissionis, Walterus Giphard comes, Gaufridus comes de Mandeuil*la*, Ricardus de Luci, Reginaldus de Warenne, Radulfus Basset, Henricus del Nufemarche, Wido filius Ceoce, Robertus Treinchebrai, Hamalricus filius Radulfi, Gaufridus filius Willelmi, Philippus de Hamtona, & Stephanus filius eius, Matheus de Balun, Iohannes filius Henrici de Oxen*ford*[1] & Tomas clericus eius, Ricardus filius Nigelli, Alexand*er*, Chanud', Nicholaus [de] bello, Hugo filius Azu[r], Henricus filius Roberti, Iohannes des Spaigne [*sic*], Audoenus filius Prestwold. Concessit autem Abbas patrem meum monachum facere.

122.

c. 1170. [Richard and John his brother make a further grant.]

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris me Ricardum & me Iohannem & sorores nostras per peticionem matris nostre Matildis donasse & concessisse pro anima patris nostri & matris nostre & omnium antecessorum nostrorum culturam illam inter fossetum & Scerpecroft pro xiii acris terre in perpetuam elemosinam ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus solutam & quietam & liberam a regali seruicio & a dominico & nostro & ab omni exaccione seculari. Testibus, Gileberto de Sideham, Thoma de Thama, Gaufrido de Horsendun sacerdotibus, Ernaldo diacono, Osberto de Thama, Unfrido de Kenebell, Galfrido Pigace & aliis.

123.

c. 1170. [Robert Tenerchebrai confirms the grant of Ric. de Horsendun.]

Robertus Tenerchebrai omnibus hominibus suis francis & anglis salutem. Sciatis me concessisse & in perpetuam

[1] He became dean of Salisbury early in 1165.

elemosinam confirmasse ecclesie sancte Marie de Thama illam terram quam Ricardus de Horsendune & Hugo pater eius illi dedit & carta sua confirmauit, solutam & quietam & liberam, sicut carta eiusdem Ricardi testatur. Et hoc idem concessit Ricardus filius Willelmi dominus eius. Testibus, Hamone Pirun, Iohanne filio Roberti de Latur, Gaufrido Pigace, Edward de Forde. *fol.* 36*r*. (*cont.*)

124.

[John de Horsenden increases the grant.] *c.* 1190.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Iohannes de Horsendune pro salute anime mee & antecessorum meorum dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus in puram & perpetuam elemosinam totam culturam de dominico meo que iacet inter boscum Rogeri de Stanford & uiam de Wicumbe cum toto le hevedlond uersus meridiem que iacet pro una acra. Et quia tercia | pars eiusdem culture fuit de dote domine *fol.* 36*v*. Cecilie uxoris Ricardi fratris mei dedi ei alias escambium ad ualentiam, unde pacata fuit. Preterea dedi eisdem monachis duas acras in ueteri slada tendentes ultra stratam de Wicumbe & duas acras quas Adam tenuit & i acram quam Osbertus tenuit ad aquilonem & duas Halacras [*sic*] proximas culture monachorum que dicitur Waldeuecroft ad aquilonarem partem & illas possunt fossare & dimidiam acram prati iuxta dimidiam acram prati quam tenent de me. Preterea eoncessi eis communam in uilla mea de Horsendune in uiis & semitis & pratis & pasturis & in omnibus aliis aisiamentis. Et quia ego & heredes mei omnia predicta illis warantizare debemus & contra omnes homines & omnes feminas defendere de forensi seruitio & omnibus seruitiis que ad terram pertinent predicti monachi reddent michi & heredibus meis annuatim xii*d*. ad festum sancti Michaelis pro omni seruicio & exaccione seculari. Testibus, Iohanne Neirenuit, Willelmo de Upton, Rogero de Stanford, Henrico Camerario, Osberto de Bledelawe, Roberto de la Forde, Simone Costentin & aliis.

125.

c. 1190. *fol.* 36*v.* (*cont.*)

[John de Horsenden confirms earlier grants.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Iohannes de Horsendune concessi & presenti carta mea confirmaui ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus totam terram quam Ricardus de Horsendune illis dedit & cartis suis confirmauit, solutam & quietam ab omni seruicio & exaccione seculari sicut carte ipsius Ricardi testantur, scilicet quadraginta acras in Horsendune, in Calwalid decem & octo acras. uiginti et duas in terra que iacet inter uiam & terram de Risebergia, australem terminum habens iuxta fossam, & culturam illam inter fossetum & Scerpecroftam que iacet pro xiii acris terre. Testibus, Adam Cennor, Henrico clerico de Emintone, Ricardo Thalemasche, Willelmo Dauuers, Luuello, Henrico de Crawell.

126.

c. 1190.

[He grants two acres more.]

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Iohannes de Horsendune pro salute anime mee & antecessorum meorum dedi [&c.] deo & ecclesie beate Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus in puram & perpetuam elemosinam duas acras terre mee in Horsendune proximas culture eorundem monachorum que dicitur the Brede ; tenendas in perpetuum libere & quiete & solute ab omni seruicio & exaccione seculari et eciam regio seruicio. Et has duas acras [&c. warranty]. Testibus, Adam de Cennor, Osberto de Bledelawe, Iohanne filio eius, Herberto de Bolebec, Henrico seruiente de Santerdune & aliis.

127.

fol. 37*r.* *c.* 1210.

[Robert de Braibroc confirms the previous grants.]

Sciant[1] presentes & futuri quod ego Robertus de Braibroc concessi & presenti carta mea confirmaui deo & beate Marie & monachis de Tama terras & tenementa que eis data sunt de feodo de Horsendune, scilicet ex dono

[1] This is in the second hand ; hence the date.

Ricardi de Horsendune decem et octo acras terre in Calwelid, & uiginti duas acras terre que iacent into Fildewei & terram de Riseberge, et culturam que iacet inter fossatam & Sharpecroft; et ex dono Iohannis de Horsendune culturam que uocatur la Wudebrede cum forrera sua & duas acras terre in veteri slada quas Adam filius Walding tenuit & unam acram terre quam Osbertus le Deueneis tenuit & duas acras terre in la Hale proximas culture eorundem monachorum que uocatur Waldinecroft quas possunt fossare, & dimidiam acram prati que iacet iuxta acram prati quam Gilbertus de Horsendune tenuit, & duas acras terre proximas culture que dicitur la Brede uersus aquilonem; habenda & tenenda in perpetuum predictis monachis & eorum successoribus in liberam & puram & perpetuam elemosinam cum omnibus pert. & libertatibus suis. Et ego Robertus & heredes mei aquietabimus prefatos monachos & eorum successores de secta comitatuum & hundredorum & de omni forinseco seruitio pertinente ad predictas terras & tenementa contra omnes gentes per sex denarios quod predicti monachi & eorum successores michi & heredibus meis annuatim persoluent ad festum sancti Michaelis. Et ut [&c. sealing], his testibus, Herberto de Bolebec, Henrico de Scaccario, Simone de Bereuille, Reginaldo de Hamden, Helia de Wimberuille, Ricardo fratre suo, Ricardo de Turri, Galfrido Gibewin, Rogero de Stanford, Roberto de la Forde. *fol. 37r. (cont.)*

128.

[Henry de Braibroc confirms.] *c.* 1215.

Sciant[1] presentes & futuri quod ego Henricus de Braibroc concessi [&c.] deo & beate Marie & monachis omnes terras & tenementa que tenent de feodo de Horsendune que pater meus eis concessit & carta sua confirmauit; tenenda in puram & perpetuam elemosinam, libera & quieta ab omni seruicio. Et ego et heredes mei adquietabimus [&c. as in the last], hiis testibus, Herberto de Bolebec, Simone de Bereuille, Henrico de Scaccario, Galfrido Gibwin, Reginaldo de Hamdene, Rogero de Stamford, Roberto de la Forde, Ricardo de Turri & multis aliis.

[1] In the second hand.

[STOKE TALMAGE.]

129.

fol. 37*v.* 1148–1155.

[Peter Talmache gives two hides and 8 acres in Stoke Talmage.]

Notum sit uniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris quod ego Petrus Thalemalche [*sic*] dedi & concessi in perpetuam elemosinam deo & sancte Marie & abbati Serloni & monachis de Thama duas hydas & octo acras de terra mea de Stokes solutas & quietas ab omnibus que ad me & ad heredes meos pertinent cum pasturis & pratis & aquis pro salute mea & pro anima patris mei parentumque meorum, concedentibus & assensum prebentibus uxore mea Matilda & matre mea & fratre meo Willelmo & sororibus meis, illas uidelicet que continent has culturas, culturam scilicet iuxta Cripsehulla que continet xxv acras & pratum de dominio meo que iacet inter aquam & eandum culturam quod dedi eis pro prato dimidie hyde & ix acras in Medehurst & Cumbforlang & Pucheput & Beneland & totam Mersfurlang a prato usque ad uiam que ducit Walengford, exceptis xxx tribus acris & dimidia que pertinent terre francolensium, & ultra eandem uiam ex parte australi la Breche & longam terram & culturam iuxta semitam que ducit a Witefeld usque ad Walengford, & Mersfurlang usque ad caput Pussefurlang & unam acram de Pussefurlang exceptis xx acris que sunt de terra francolensium & pratum quod pertinet ad hydam & dimidiam subtus grauam & illud continuum[1] & locum ad construendas grangias eorum in Merse sub fonte, sicut per diuisionem eis designatum est. Testibus, Osberto de Hesele, Hugone de Stokes sacerdotibus, Brussel, Peuerel, Galfrido sacerdotibus, Osberto sacerdote de Tetleswrthe, Roberto Cheuauchesul, Petro clerico de Thama, Thoma filio Rogeri, Petro de Bar & aliis.[2]

[1] The pieces of meadow are contiguous.
[2] No. 172 shows that this gift was in, or before, 1155.

130.

[Bernard of St. Walery confirms.] 1166–1190.

Bernardus de sancto Gualarico omnibus hominibus suis francis & anglis salutem. Sciatis me concessisse in perpetuam elemosinam pro deo & salute regis Anglie & regine & liberorum suorum & salute patris & matris mee & pro salute mea & liberorum meorum & animabus parentum meorum ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus duas hydas terre apud Stokes cum prato quod est de duabus predictis hydis, tenendas de me & heredibus meis libere, quiete & iuste, sicut Petrus Thalemasche has duas hydas predicte ecclesie dedit & concessit; ita etiam predicti monachi non habebunt ibi plus instauramentum quam quod pertinet ad has duas hydas. Testibus Gualar' abbate sancti Gualar*ici* & monachis Galterio cellar*ario*, Ascelino, Hugone cellar*ario* Circicampi, Anfrido, magistro Gualari de Blith. *fol.* 37*v.* (*cont.*)

131.

[Edmund, earl of Cornwall, grants to Rewley Abbey the rent of 60*s.* a year paid to him by Thame Abbey on two fees in Stoke Talmage.] *c.* 1282.

Sciant[1] presentes & futuri quod nos Edmundus filius Ricardi quondam regis Alemannie & comes Cornubie dedimus concessimus & presenti carta nostra confirmauimus deo & ecclesie beate Marie de Regali Loco iuxta Oxon' & monachis capellanis ordinis Cisterciensis quos ibidem constituimus ad diuina celebranda in perpetuum pro anima dicti Ricardi quondam regis Alemannie patris nostri ad eorundem sustentacionem, in liberam, puram & perpetuam elemosinam totam terram cum omnibus pertinentiis suis quam habuimus in villa de Willastone & lx solidos sterlingorum annui redditus cum omnibus pertinentiis suis quos de abbate & conuentu de Thame in uilla de Stoke Talemache consueuimus percipere, prouenientes de duobus feodis militum que de nobis dicti abbas & conuentus de Thame tenere consueuerunt in

[1] This is at the foot of the page in a hand of about 1300.

fol. 37*v.* (*cont.*) eadem : habenda & tenenda dictis monachis & successoribus suis & ecclesie sue predicte cum omnibus iuribus, libertatibus & aliis pertinentiis suis ut in dominicis, homagiis [&c.] adeo integre & libere sicut nos & antecessores nostri unquam ea tenuimus absque ullo retinemento in perpetuum. Et ut [&c. sealing] hiis testibus, dominis Thoma Breute, Ricardo de Cornubia, Roberto de Alem', Henrico de Sotesbroke, Waltero de la Puile militibus.

132.

fol. 38*r.* *c.* 1180. [Richard Talmache confirms the gift of his father.]

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Ricardus Talemasche concessi [&c.] monasterio sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus totam donationem & omnia tenementa cum pert. suis que Petrus Talemasche pater meus eis in perpetuam elemosinam dedit & carta sua confirmauit, scilicet duas hydas & viii acras de terra mea de Stokes, solutas & quietas ab omnibus seruitiis que ad me & ad heredes meos pertinent cum pasturis & pratis & aquis pro salute mea & pro anima patris mei parentumque meorum assensu uxoris mee Auicie, illas scilicet hidas que continent has culturas, culturam scilicet iuxta Cripsehulle que continet xxv acras & pratum de dominio quod iacet inter aquam & eandem culturam quam pater meus dedit eis pro prato dimidie hyde & v acras & dimidiam in has culturas[1] Medehurst, & totum Cumbfurlong & totum Benelond in quibus sunt xx acre & dimidia, & quatuor acras in Pucheput & in Mersfurlong a prato usque ad uiam que ducit ad Walinford xxxix acras & unam uirgatam[2] & unam cheuesce inter Mersfurlong & Blakelond que perficit acram cum virgata predicta, & i cheuesce in Hangindlond & ultra eandem uiam que ducit ad Walingford ex parte australi in Breche vi acras & dimidiam, & in cultura que dicitur Sulfurlong tres acras & dimidiam & in Mersfurlong xiiii acras & in Pusfurlong iii acras & in Flexfurlong iiii acras & ultra uiam que ducit ad Leuekenore ii acras et dimidiam

[1] The words *has culturas* are underlined but not by the original scribe. Probably they should be omitted.

[2] Its meaning here is a quarter of an acre, more usually *virga*.

& pratum quod pertinet ad hydam & dimidiam subtus grauam & illud continuum, & locum in quo site sunt grangie eorum sub fonte, sicut eis designatus est in Merse. Pro hac concessione & confirmacione mea dederunt predicti monachi michi quadraginta solidos sterlingorum. Testibus, Roberto Cheuauchesul, Petro Pirun, Ricardo filio Aluredi, Galfrido persona de Sireburne, Adam clerico de Cennor, Acelino de Piritune, Willelmo Magno, Ranulfo Huse, Willelmo Dauuers, Radulfo presbitero, Osberto de Stoke & aliis. *fol.* 38*r.* (*cont.*)

133.

[Laurence de Stoke sells land to the abbey.] 1190–1200.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Laurentius de Stoke, assensu domini Gileberti le Grant & Galiene uxoris mee & heredum nostrorum pro salute anime mee & uxoris & filiorum & parentum meorum dedi & dimisi & presenti carta confirmaui deo & ecclesie sancte Marie de Thama & monachis ibidem deo seruientibus tres dimidias acras terre mee in Stoke, unam in Medehurst & aliam in Langaland subtus grangiam monachorum & terciam prope fontem iuxta Pukeput | in perpetuam *fol.* 38*v.* elemosinam, tenendas de me & de heredibus meis in perpetuum liberas & quietas ab omni seruicio, saluo seruicio domini regis. Et quia predicti monachi tres marcas & dimidiam quas eis debui michi remiserunt ego & heredes mei predictas tres dimidias acras eis warantizare debemus. Testibus, Ricardo Talemasche, Petro & Roberto filiis eius, Ricardo le Thus, Henrico de Witefeld, Ricardo Pirun & aliis.

134.

[William le Grant gives land to the abbey.] 1180–1190.

Notum sit omnibus sancte matris ecclesie filiis quod ego Willelmus le Grant assensu domini mei Ricardi Thalemasche & Gileberti heredis mei dedi [&c.] medietatem illam terre mee de Stoke que iacet iuxta riuum qui descendit de Adewelle cum prato ad caput eiusdem terre inter terram monachorum de Thama & terram Roberti de

fol. 38*v.* (*cont.*) Witefeld[1] deo & ecclesie sancte Marie de Thama in puram & perpetuam elemosinam liberam & quietam ab omni seruitio seculari, ita quod heredes mei adquietabunt eos erga dominum regem & dominum fundi de eo quod ad tantum terre pertinet. Confirmo etiam eisdem monachis unam acram terre in predicto Stoke quam gener meus Laurentius eis dedit, illam scilicet que proxima iacet terre eorum iuxta diuisam terre de Witefeld ad caput Langelande. Testibus, Ricardo Talemasche, Iohanne de la Tur, Gileberto le Grant filio meo & Godefrido fratre eius, Willelmo de Goldore, Henrico presbitero, Ricardo clerico de Ettend*one*, Laurentio de Stoke, Hugone de Gaherste & aliis.

135.

c. 1170–1184. [Amauri son of Ralf grants land.]

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Almaricus filius Radulfi dedi & concessi in perpetuam elemosinam totam terram de Cripshulla[2] Serloni abbati & monachis sancte Marie de Thama concessu Roberti heredis mei & omnium heredum meorum pro salute animarum nostrarum & omnium antecessorum nostrorum, liberam & quietam, excepto quod annuatim dabunt michi unas botas pro recognitione eiusdem terre. Testibus, Roberto Costetin, Iordano de Brueria, Gileberto Brekespere, Oein filio Restaldi, Simone le Franceis, Simone Costetin, Iohanne Cementario.

136.

c. 1195. [An exchange of land.]

Sciant presentes & futuri quod hoc escambium factum est inter monachos de Thama & Laurentium de Stoke, scilicet quod dicti monachi tradiderunt dicto Laurentio duas acras & dimidiam in Longa cultura uersus Witefeld contra quas Laurentius tradidit eis tres acras & dimidiam in Brocfurlang ad caput terre quam Willelmus le Grant dedit eis ; & he tres acre & dimidia non excedunt quantita-

[1] Robert was lord of Wheatfield until his death in or before 1194 [*Boarstall Cartulary*, p. 306].

[2] Probably in Adwell. Amauri son of Ralf held Adwell until 1186.

tem predictarum duarum acrarum & dimidie in mensura. *fol.* 38*v.* Preterea tradidit eis unam acram de prato proximam (*cont.*) culture eorundem monachorum | sub Medehurste contra *fol.* 39*r.* unam acram quam cepit de illis scilicet dimidiam acram iuxta predictam terram uersus Witefeld & aliam dimidiam in Mersfurlong ad occidentem acre Ricardi le Hore. Et ut hoc escambium firmum & stabile permaneat in eternum, sigillis suis mutuo corroborauerunt. Testibus, Ricardo Talemasche, Petro filio eius, Henrico de Witefeld, Willelmo le Grant & Godefrido le Grant & aliis.

137.

[A final concord between the abbey and Richard Talmache.] Oct. 15, 1181.

Hec est finalis concordia facta apud Westmonasterium in curia domini regis die Iouis proxima ante festum sancti Luce ewangeliste anno xxvii regni regis Henrici secundi coram R. Wintoniensi, G. Eliensi, I. Norwicensi episcopis & Ranulfo de Glamvile [*sic*] & Ricardo Thesaurario & Willelmo Basset & Hugone de Morewic & Rannulfo de Gedinge & aliis baronibus & iustic' domini regis qui tunc ibi aderant inter monachos de Thama & Ricardum Talemasche de ix acris terre & dimidia in Stokes & de una acra prati & dimidia in eadem villa, unde monachi querebantur quod deerant eis de duabus hidis terre & viii acris in Stoke, sicut carta Petri patris predicti Ricardi testatur, quam monachi habent. Unde placitum fuerat inter eos in curia domini regis, scilicet quod predictus Ricardus reddit & concedit predictis monachis predictas ix acras terre & dimidiam & predictam acram prati & dimidiam ad perficiendam cartam Petri patris sui. Et pro hac concessione predicti monachi donant predicto Ricardo iii marcas argenti.

138.

[Henry de Witefeld grants his mill at Wheatfield.] *c.* 1194–1205.

Notum sit omnibus Cristi fidelibus quod ego Henricus de Witefeld[1] assensu & consensu heredis mei Helie dedi

[1] Henry de Witefeld had succeeded his brother Robert by 1194 [*Boarstall Cartul.*, p. 307].

fol. 39*r*. (*cont.*) & concessi & presenti carta confirmaui monachis sancte Marie de Tama cum corpore meo & uxoris mee totum molendinum meum de Witefeld cum ipso stagno in puram & perpetuam elemosinam pro salute anime mee & uxoris & filiorum & filiarum mearum & antecessorum & successorum meorum libere & quiete tenendum in perpetuum salua multura curtis mee. Preterea concessi eisdem monachis quatinus homines qui ipsum molendinum frequentant per terram meam pacifice & quiete eant & redeant in uiis & semitis. Hec autem predicta ego & heredes mei prenominatis monachis warantizabimus sicut nostram elemosinam. Testibus, Roberto filio Radulfi, Ricardo Talem[asche], Ricardo Pirun, Ricardo filio Aluredi, Radulfo filio Rogeri, Adam de Cennore, Simone persona de Witefeld, Willelmo Siluain, Willelmo Dauuers.

139.

[A record about land in Stoke Talmage.]

Sciendum[1] quod Radulfus Thalemasche emit a Ricardo le Thous viii virgatas terre & dimidiam in villa de Stoke-thalemasche sibi & heredibus suis.

De qua terra dimidiam virgatam vendidit idem Radulfus abbati de Thama quietam. Item domino regi Aleman' vendidit idem Radulfus unam virgatam terre quietam. Item Willelmo Gode dimidiam virgatam terre & unum mesuagium cum pert. reddendo x*s*. ii*d*. Item Matilda Thalemasche dimidiam terre virgatam cum pert. ex dono Thome fratris sui & i mesuagium v*s*. Robertus de Stoke unum mesuagium reddendo xviii*d*. Robertus Bekk' dimidiam virgatam terre & unum mesuagium reddendo iii*s*. Robertus de Attindone i virgatam terre & mesuagium reddendo viii*s*. Walterus Gode i virgatam terre & i mesuagium reddendo viii*s*. Willelmus Hug' i mesuagium cum crofto iii*s*. ad vitam. Robertus le Chaloner i mesuagium cum crofto iii*s*. ad vitam. Cristina Coci i mesuagium cum crofta [*sic*] xviii*d*. ad voluntatem.

Summa v virgate & residuum in manibus suis preter i virgatam quam persona de Weston tenet ad firmam.

[1] This is at the foot of the page in a hand of about 1270.

ABINGDON :
BURGESS & SON,
PRINTERS.